non in perfonis propriis illuc acceflerint, fed in fuis dumtaxat experifis, juxta facultatem & quantitatem fuam, viros idoneos deftinaverint; illis fimiliter, qui licet in alienis expenfis, in propriis tamen perfonis acceflerint, plenam tuorum concedimus veniam peccatorum. Hujus quoque remitUonis volumus & coftcedimus efle participes, juxta quantitatem fubQdii & devotionis. aitilum, omnęs qui ad fubvenlionem ipiius terrz de bonis fuis congrue miniflrabunt. Perfonas quoque ipforum & bona, ex iuo crucem fufcceperunt, fub B. Petri & naîtra protediooe fufeipimus: necnon & eadem fub archiepifcoporum, & omnium przlatorum ecclefiz Dei defenfione confiflant. Statuentes ut, donec de ipforum obitu vel reditu certiffime cognofcatur * integra maneant, & fecura confiilatK. Porro eccleliarum praelati, qui in exhitx-nda jullitia crucdignatis, & eorum familiis négligentes extiterint* Iciant fe graviter puniendos. Qjiod fi quifquam contraire prrfumpferint, per ecclefiarum przlatos, appellatione pottpofita, cenfura ecclefiaflica compelcatur. Si qui vero' proficlicentium illuc, ad przflandas uiuras juramento tenentur aftridi: creditores eorum per ecclefiarum przlatos, ur remittant eis przftitum juramentnm, & ab ululatum exactione defiflant, eadem percipimus diilridione compelli. Quod fi quifquam creditorum eos ad folutionem coegerit ufurarum,' eunt ad reflitutionem earum /imili cogi animadverfione mandamus. Judxos vero ad remittendas ipfis uiuras per fzcularem compelli przcipimus poteliatem; & donec illis remiferint, ab univerfis Chrillis fidelibus, tam in mercimonits quam in aliis, per excommunicationis fenuntiam eis omnino communio denegetur. His vero qui Judzs debita lolvcre nequeunt in prxfenii, fic principes fxculares utili dilatione provideant; quod poil iter arreptum, ufquequo de ipforum obitu vel reditu certiflimc cognofcatur, uftirarum non incurrant incommoda: compulfis Judxis proventus pignorum, quos into im perceperunt, in fortem, expenfis necef-farti< deductis, computare: cum hujuimodi beneficium non multum videatur habere difpendii: quia folutionem fic prorogat, quod debttum non abfurbet. Ut autem terrz fandx fubfidium divifum in plurimos facilius impendatur, obfecramus omnes fic fingulos per Patrem, & Filium, fic Spiritum fandum, unum folum verum zternum Deum, poftulantes vice Chnfti pro Chrillo, ab archiepifeopis & epifeopis, abbatibus fic prioribus, fic tam cathedralium quam aliarum conventualium ecclefiarum capitulis, fic clericis univerfis, necnon civitatibus, villis, fit oppidis, competentem rumeruin bellatorum cum expenfis neceflariis, fecundum proprias facultates, in luccurfum icrrz fandz alacriter deftinare. Et fi ad hoc, unum quodlibet non futficiat, plura conjungantur in unum, quia pro certo fperamus quod perlonz non deerunt, fi expenfz non defuerint; poflulantes hoc ipfum a regibus fic principibus, comitibus fic baronibus, alnique magnatibus, qui forfitan per feipfos pcrlonahter non acceflerint ad obiequium Crucifixi. A civitatibus vero marinis navale fubfidiumpoftulamus. Clericis tero ad hoc negotium neceflariis providimus indulgendum; ut, omni contradidione cedante., beneticioium fuorum^jproventus propter hoc valeant ad triennium pignori obligare: ita tamen quod illi, quibus committendos duxerint vel etiam obligandos, infra przfcriptum tempus cum ea intogritate protentus percipiant antedtdos, cum qua ipfi cos perciperem, fi inecdefiis, in quibus ipfoj obtinent, perfonalrter reliderent. Quia vero iubfidium terrae fande multum impediri vel retardari contingeret, fi ante fulceptioncm crucis quemlibet examinare oporteret; an effet ido'ncus fic fufltcieps ad hujus votum perlonaliter profequendum: concedimus, ut (regularibus perfonis exceptis) fufcipiant qufrumque voluerint fignurn crucisIta quod fi urgens neceflitas aut evidens uiilitas poflulaverit / votum ipfum de mandato apoflolico poflit commutari, aut redimi, aut differri. Univerfis autem ecclefiarum przlatjs diflnde przcipimus, ut finguli per loca itu illosquHignum cruci depofuerunt, rcfijmere, afe tam ipios quam alios Crucefignatos, & quos adhuc lignari contigerit, ad reddendum Domino vota fua diligenter moveant fic inducant, Ceterum, quia curlarii fie pirate nimis impediunt fubtidium terrz iandx, capiendo,'fic fpoliando tranfeuntes ad illam, fic *ab illa* revertentes; nos eos fic principales adjutores fic fautores, excommunicationis vinculo innodamus, fub interminatione anathematis inhibentes, ne quis cum eis icicnrercommunicet in aliquo venditionis vel emptionis contradu, injungentes remoribus civitatum fic locorum fuorum, ut eos ab hac iniquitate revocent & compefcant. Alioquin, quia nolle perturbare perverfos, nihil aliud eft quam fovere; nec caret fcrupulo iocietatis occulix, qui manifeflo facinori definit obviare; nos in perfonas & terras eorum, feveritarem elclefiafticam curabimus exercere; cum tales, non minus quam Saraceni, adverfentur nomini Chrifliano. Innovamus przierea excommunicationis fententiam, in Laterancnfi concilio promulgatam adverius eos, qui Saracenis arma, ferrum, fic lignamina deferunt galearum, quique in piraticis Saracenorum navibus curam gubernationis exercent, vel in machinis, vel quibuslibet aliis, aliquod eis impendunt confilium vel auxilium in terrx fandz difpendium rcofque rerum fuarum privatione muldari, fic capientium fervos, fi capti fuerint, fore cenfemus: przcipientes, ut per omnes urbes maritimas diebus Dominicis fic feflivis hujus lententia publice innovetur. Et talibus gremium non aperiatur ecclefiz, nifi toittm quod de commercio tam damnabili perceperint, in iubfidium terre fitndz tranimittant, ut xquo judicio, in quo deliquerint puniantur. Quod fi torte loivendo fatisfacientes non fuerim, lie alias reatus talium caffigetur. quod, in pœna /piorum altis interdicatur audacia fimilium przfumendi. Quia vero ad hoc negotium exequendum, eft permaxime neceflarium, ut principes & populi Chrifliani ad invicem pacem obiervent, juxta quod ftatutum ell in concilio generali: volumus & mandamus', ut faltem per quadriennium in toto orbe Chrifliano pax generaliter obfervetur: ita quod per ecdeiiarum pizlatos, dikordames reducantur ad plenam pacem aut firmam treugam inviolabiter obiervandam. Et qui acquidccre forte contemplent, per excommunicationem in perfonas, fic interdidum in terras ardiflime compellantur: nifi tanta fuerit injuriatorum malitia, quod ipfi tali non debeant pace gaudere. Quod fi forte ceniuram ccclcfiaflicam vilipenderint, poterunt non immerito formidare, ne per auctoritatem ecclefiz contra eos, tanquam perimbatores negotii Crucifixi, fzcularis potentia inducatur.

cjmr. Accingantur, igitur omnes filii adoptionis Divinz ad obfequium Jefu Chrifti , diflcnfiones & lites in pacis & dilectionis foedera commutantes.* credendo firmiter , quôd fi vere confetti fuerint fit compunAi, felici commercio laboribus fuis', qui cito tranfeunt, zteroUm requiem mercabuntur.

Datum Spoleti 11? Nonas Septembris , pontificatus noftri anno oAavo.

Capitula a Gregorio papa IX. entra Patarenor. edita ,

EXcommunicamus & anathematizamus univerfos hzreticos , Catharos , Patarenos , Pauperes de Lugduno , PJTaginos , Joiepinos, B Arnaldirtas, Speroniftas , & alios quibulcumque nominibus cenfeantur : facies quidem habentes divertas, fed caudas adin^icem colligatas, quia de vanitate conveniunt in idipfum. Damnati vero per ecclefiam , fzculari judicio relinquantur, animadverfione debita puniendi: clericis prius a luis ordinibus degradatis. Si qui autem de pr.-ediAis, poftquam fuerint deprehcnfi , redjre voluerint , ad agendam condignam pœnitentiam in perpetuo carcere detrudantur. Credentes autem eorum erroribus, hzreticos fimilitcr judicamus. Item receptatores , defenfores, & fautores hzreticorum excommunicationis fententix decernimus fubjaccre : firmiter ftatucntes, ut it poftquam quilibet talium inerit ex communicatione notatus, a fua luner boc non curaverit przfumptione certare, ipio jure fit faAus infamis : nec ad publica officia feu confilia , nec ad eligendos aliquos ad hujufmodi, nec ad tcftimonium admittatur. Sit etiam inteftabilis, ut *nec teftamcnti habeat faAionem, nec ad hzreditatis fucceflionem accedat. Nullus prxterea ipG fuper quocumque negotio, fed fpfe aliis refpondere cogatur. Qqi li forte judex extiterit, ejus fententia nullam obtineat firmitatem, nec caufz aliquz ad ejus audientiam perferantur. Si fuerit advocatus , ejus patrocinium nullatenus admittatur. Si tabellio, infirumenta confeAa per ipfum nullius penitus fint momenti: & in fimilibus idem przcipimus ob-^ fervari. Si vero clericus fuerit, ab omni officio & beneficio deponatur. Si qui autem , tales, poftquam ab ecclefia fuerint denotati , evitare contcmpferint, excommunicationis lentenția percellantui '. alias animadverfione debita puniendi . Qui autem inventi fuerint fola fulpicione notabiles , nifi juxta confiderationem fufpicionis qualitatemque perfonae propriam innocentiam congrua purgatione monftraverint , anathematis gladio feriantur, & ufque ad fatisfaAionem condignam ab omnibus evitentur : ita quod fi per annum in excommunicatione perlliterint , ex tunc velut hzretici condemnentur . Item proclamationcs & appellationes hujufmodt perfonarum minime audiantur . Item judices , advocati , & notarii , nulli eorum officiam fuum impendant : alioquin eodem officio perpetuo fint privati . Item clerici non exhibeant hujufinodi peftilentibus ecclefiaftica facramenta , nec efeemofynas aut oblationes eorum accipiant : fimiliter Hofpitalarii & Templarii, ac quilibet regulares ; alioquin fuo priventur officio .· ad quod nunquam reftituantur abfqttc induito fcdis apoftolicz fpeciali . Item quicumque tales przfumpferint ecclefiafticr tradere fcpufture, Ufque ad fatisfaAionem idoneam excommunicationis fententiac fe noverint fubjacere : nec abfolutionis beneficium mereantur, nifi propriis manibus publice exiumulent & projiciant hujufmodi corpora damnatorum , &. locus ille perpetuo carear lepultura . Item firmiter inhibemus, necuiquam laicz perfonx liceat publice vel privatim de fide catholica difputare: <(ui vero contra fecerit, excommunicationis laqueo innodetur. hem fi quis hzreticos fciverit, vel aliquos occulta conventicula celebrantes , feu a communi converfatione .fidelium vita & moribus diffidentes ; eos ftudeat indicare cqnfettbri fuo , vel alii per quem credat a<l przlati fui notitiam pervenire: alioquin excommunicationis fententia percellatur. Filii autem hzrcticorum, receptatorum, & defc.nforum eorum , ufque ad fecundam generationdm ad nullum ecclefiafticum officium feu bencfiqmrn admittantur ; quod fi fecus a&um fuerit .decernimus irriïum & inane. ,

Datum Vitcrbj vi. Idus Novembris, pontificatus nqftri anno IX.

IX. AD PRIOREM FRATRUM ORDINIS VRÆD1C ATORUM IN LOMBARDIA.

Przdicatores conftituit exceptores fuz conftitutionis contra hztcticos * edite.

CCregorlar /pifeopar fervar fervoram Del dilella fillo Priori provinciali fratram ordinlr Piadicatoram in Lombardia , falutem ἐΓ apofloheam benediilimem.

ILle humani generis pervicax inimicus, omnium *fnalorum incentor , quem de fupremis ad ima fuperbia fua proftravit, non contentus quod fux fraudis nequitia hominem perduxit ad cafnm, zrumnis & miferiis applicandum , callide cum nititur peltiferis retibus irretire : artute fibi parans infidias ne refurgat , locum a quo ceciderat obtenturus. Novitfimc autem diebus iftis , fidem nifus perfidia depravare per miniitros fuos iniquitatis operarios , venena fpargit mortifera ; feditiofe confiderans quod familiaris hortis fit efficax ad nocendum , qui quali dulcia przmittentes , caud* pungunt ut lcorpio, in aureo tandem calice Babylonis virus peftilcntiz infufuri . Licet enim hzretici haAenus diutius latitantes ficut cancer ferperent in occulto , & velut vulpes Iztareutur vineam Domini fabaoth demoliri : jam tamen peccatis exigentibus , in aperto , quafi equi parati ad przlium, prZfumunt manifefte infurgere contra eam , in quibufdam locis publice przdicando, quzrentes in cibum fimphees , & in przdam indoâos , ac illaqueare nihilo minus fideles quoslibet fuis circumventionibus cupientes , faAt magiflri erroris qui nunquam fuerunt difeipuli veritatis. Unde expedit quod infurgant virjliter contra eos , ut , eorum omnino luerefi confutata, per totum vigeat fides Chrifti : nam corona fequitur przmii tentationibus tefiftentes. Cum igitur dudum refplenduerit in partibus Lombardis fida fides , ac per hoc formidemus *ibi* potius animalia venenofa , ne forte fimpliccs, ipforum callidis fedu&ionibus circumventi, 6c aftuti pravis circumventionibus periculofe decepti, in profundum deveniant peccatorum, fieque violetur ibidem fidei firmamentum .' nos, qui circa horam undecimam inter operarios, imo verius fupra operarios vineae Domini fumus

mus « patieiamilias evangelico deputati , monili voce fponfi capere vulpes parvulas , qu® demoliri vincam Domini pioliuntur , & taftt dolore cordis intrinfccus , non valentes luRine- ; ix tantam contumeliam creatoiis , ac volentes tot animarum periculis obviare , diferettonem uram rogamus , mqnenws A hortapnur attente, per apoftolica tibi fcripta , fub Dividi obtellatione i'odicii difiride praecipiendo mandantes, quatenus aliquos de fratribus tuis libicommiiTis, in lege Domini eruditos , quos ad hoc ctTe noveris idoneos, ad panes tibi fecundum tutrm ordinem limitatas tranlmittas, qui clero fic populo convocatis' generalem prsedicationem faciant , ubi commodius viderint expedire.* fic adjundis libi dilcrêtis aliquibus ad haec folicitius excqucnda , diligenti perquirant foliciiudine de haereticis'& etiam infamatis ; fic fi quos culpabiles vel infamatos rcpcrcrint, ntfi examinati velint abfolute mandatis ccclcfiz obedire, procedant contra eos juXra llatuta nortra contra hxreticos noviter promulgata ; in receptatoics, dcfenior.es , fic fautoies haereticorum fecundum eadem, llatuta nihilo minus procelfuri. Si vero aliqui heretics labe penitus abjurata ad ecclefiaAicam redire voluerint unitatem, ipft juxta formam ecclefia* beneficium abfolutionis impendant , fic injungant cis quod talibus consuevrt iniungi._ Attentius proviluri , ne qui videntur reverti, fub palliata fpccie pietatis impietatem committant,'fic angelus fatanz in angelum lucis fe transformet . Propter quod flatura , qux fuper hoc duximus promulganda, tnlpicere poteiunt , fic ab eoium infidiis fecundum diferetionem eis traditam a Domino praecavere. Ad hxc , ut fuper prxmilTis omnibus officium fibi commifliim liberius polÜnt fic efficaciis exercere : omnibus qui ad przdicationein eorum acccflerint in fingulis ftationibus viginti dies ; illis vero qui ad impûgftandum hxreticos, fautores, receptatores, fic defenfores eorum , in munitionibus fic caflellis , vel alias contra cccleliam rebellantes , ipfis ex animo auxilium, confilium prxiliterint , vel favorem, de omnipotentis Dei mifericordia fic beatorum Petri fic Pauli apoftolorum ejus authoritate confifr, tres annos de injun&a fibi pernitentia relaxamus. Et fi qui ex his in profecutione hufufinodi negotii forte decefferint , eis omnium peccatoium , de quibus corde contriti ac ore confelTi funt , plenam veniam indulgemus. Ne vere aliquid fratribus ipfis defit ad prxdiftum negotium profequendum , in cont/adiâores fic rebelles ecdefiallicam proferendi cenfuram tey nore prxfentium liberam eis concedimus facultatem . Pixdicatores quoque quxitoarios , quorum interell caritativa tantum lubfidia fimpliciter petere , ac indulgentiam , fi quam forian habent, exponere.* a prxdicationis ofiicto, quod ad tpios nullatenus pertinet , competeendi Centura fimili , cifdem nihilo minus licentiam indulgemus.

Datum Vitcrbii dccimotertio Kalendas Junii, pontificatus nollri anno undecimo.

X. AD ARCHIEPISCO.PUM BREMEN SEM, ficc.

De monafterio fan&e Marix in Stadio.

Gregarim epifeopm fervit i fervorum Dei venerabili fratri Bremenfi arcbtepifcope , Ü dileflir filiif decano & Joanni Bewrfal, eanouiclr Brenenflbm, falutem & apoflolicam benediilioneno.

DEfideria devotorum, io quibus frudus ster-* nx vite contineri dignofeitur , eo protn- 'ptioriktsXad efle&im per nos funt deducenda ·ilud<is*> quo fuper talibus e^quendis nobis indfe debet diligentia fpeciahs .. Hinc eft quod cum monaflerium fanda: Marie in Stadio, ordinis landi Benedidi, Bremenfis ditr.cefis, ficut accepimus fit peccaris exigentibus ita difpofrtum, quod evidenter ibidem non abfque Divini numinis offenla lalus negligirui animarum : ad preces abbatis ejufdem monaileril fuper hoc fahibriter providere volentes , diferetioni veArx per apoflolica fcripta mandamus , quatenus ipfum , fi falubriter in fuo non portu ordine reformari, de Cifiercienfi ordine confilium habendo pre oculis reformare curetis, illos ex iifdcm monachis t, qui forte meliorationis hujufmodi gratiam confcqui rectifiantes noluerint habitum Cirteictenlcm atfumere , in aliis locis lui ordinis collocando , contradictores per cenfuram eccieflafticam , appellatione poflpofita , compefcatis. Quod fi non omnes his exequendis intereffe poteritis: tu, frater archiepificope, cum altero eorum nihilo minus exequaris.

Datum *Vitcrbii* fecundo Nanas Maji, pontificatus noftri anno undecimo.

CXI. AD OTTONEM CARDINALEM legatum In Anglia.

Fridericum fecundum imperatorem excommunicat, & excommunicationem publicari jubet

Greoorlut tpifropotr fervar ferveram Dei diteflo filio ftto Ottoni fan&i Nicolai in tarcere Tulliano diacono cardinall , apoftolica fedir legato, falnttm & apoftolicam benedi£lioncm.

SEdes apofloliea , ficut totus fere orbis fadi evidentia didicit , Fridericum di&um imperatorem , ex quo ipfum ex utero matris excepit genibus, afiedu materno profequens, ladavit uberibus, fic humeris bajulavic .' quem olim omni pene dellitutum auxilio , fic dubiis tantum dereiidum eventibus , fuo recepi: patrocinio confovendum : opponens fe potenter invaforibus regni fui , qui in terram ejus oculus aviditatis injecerant. Cujus jam fines ingrelfi, eam ablque ullo defenlionis obftaculo ufurpabant: fic defendens cumdem ab inftdiantibus vix fur , qui rmuli faluti ipfius , conabantur animam ejus extinguerc, fic de terra ipfius memoriam abolere. Cumque idem proteâionis ecclefiaflicx clypeo prxmunitus , perfonr regni lui bonx memori® G. de Gualganem tituli fandi Anallafii, presbyteri cardinalis, a fede apoftolica per multos annos deputati cuftodis, majoris meras attigiflift artatis, tandem ad allions dignitatis apicem per eam extitit fublimatus. Sed diligentiz Andium circa perfonamejus impenfum , labores plurimos quos ecclefia fubiit propter cum , quoad ipium perdidiffe videtur: cum tot beneficiorum fit immemor , tante gratiz fit ingratus. Et utinam illius ingratitudinis non excederet terminos, per quam perceptorum bonorum extileret negatione contentus! Porro licet offenfa qualibet aculeos doloris importet .' illa tamen jaculo graviori percellit , io qua ingratitudo pro gratia rependitur,

tuf, fic pro .beneficiis maleficia tôtopetafantur · Verum quantumcumqqe ipium apoftoiica fedes dilexerit , fic fupremae culmine poteftatis efexeric fzcalaiis: fuis tamen exigentibus culpis, de quibus, quamquam pluries a nobis monitus fatisfacere non curavit, coacti'fumus , licet invi-ti, animadvertere in eundem. Nam etfi AJam Divina providentia excellentia dignitatis, fiçauthoritatis extulerit, cui omnia animantia terre fubjecit r.quia tamen fui jufla przteriit plalmatoris, ejus exceffibus non pepercit. Quz autem la diftq Friderico pro tot bonis fibi collate ecclcfia retributionis premia reportari!, diferetionem tuam volumus non latere , pauca de multis · prrfenti pagina declarando. In Urbe liquident gravem movit feditionem :· exinde nos & fratres noftros totis viribus nilus excludere, ut fic apoftolicz fedis honorem deprimeret , ac Sibertatem ipfius penitus conculcaret, contra juramenta praeftita temere veniendo & venerabilem fratrem noftrum Przneftinenfem epifeopum , dum ipfum ad partes Albigenfium dupooeremus pro corroboratione fidei catholick deftinare , per quofdain fuos fideles in via impediri mandavit ; Cathédrales etiam ecclcfias , & alias vacantes regni fui , nequaquam ordinari permittit, in animarum periculum, fit grave detrimentum ipfarum. Fas fic quafdam alias nihilominus fpoliando fere omnibus bonis fuis, & tallias ac exaâiones indebitas przlalis, religiofis, fic aliis clericis fzcularibus impoixndo. Nobilibus , pauperibus , orphan s fic viduis ufque ad inanitionem extremam deduftis, cos ad modicum dura fic crudelis exadorum tuorum acerbitas non patitur rcfpirare. fic fic totum fere regnum , quod eft fpirituale patrimonium B. Petri , pro quo juramento fidelitatis apoftolicz iedi tenetur , fic ipfius ligius vaflallus exiftit , quantum in eo eft , in favillam quafi fic cinerem jam redegit. Quod fi , poftquam monitus fuerit a nobis / non duxerit corrigendum, nos fuper hoc , authorc Deo, ficut expedire videbimus , procedemus. Infuper negotium impedit terrz fanftz , nccnon etiam imperii Romanic. Przterea cum tempore concordic inter ipfum fic ccclcfiatn reformate, in manibus fedis apoftolicz legatorum juraverit ccclcfiz przceptis obedire , fic iple mandatum ab eis receptum, quod terram ecclefiz, vel terras eorum, quas tunc ad fuas manus tenebat, aut ipforum pertonas nullatenus caperet , occuparet, five etiam devaftaret , adimplere contempfir , terram ecclefiz occupando : videlicet in Fombardia, Ferrariam, Bononiam , Pingnpgomam , terram quidem Sardiniz fic Mtflanenfem , Lucanenfem , dietetics capiendo, fic dejieiendo illos quos ad manus iuas ecclcfia refervavit , fic devaftando terras ipforum , licet extunc in eum przfentem ipfi legati excommunicationis fententiam tulerint , fi fuper his non faceret quod mandarent. Idem etiam nepotem regis Tunicii detinet, ad Romanam curiam fit eccleflam pro percipiendo facri baptifinatis lavacro accedentem . Ac dileflum filium Petrum Saracenum , nobilem civem Romanum ex parte caritfimi in Chrifto filii noftri illuftris regis Angliz ad fedem apoftolicam miffum, fit filium ejus, carceri detinet mancipatos. Quia vero fuper his & quamplurimis aliis excefibus phiries â nobis monitus , correâionis medelam non fentiens, cum Tuarum fint ulcera indurata culparum , quotidie deteriora committere non veretur : nos hacc abfque Chrifti offcnla prrtcrire fub diflimulatione uberius non valentes, dê fratrum noftrorum confilio , ex parte Dei omnipotentis (cujus vicem in terris gerimus, licet inviti) Λ authoritate beatoium apoflolorum Petri & Pauli, ac noflra, in cuin cxrommunicatiunis fic anathematis fcntcnliain duximus promulgandam , tradentes iphmi Fridcficuiti fatanz interitum exrhis , ut Spiritus r/us in die Domini làlvus fiat : omnes', qui ei fide-1.tatis juramento tenentur , decernendo ab ob-k-rvatione juramenti hujufmodi ablolutos , fic firmiter prohibendo ne fibi fidelitatem obfervent donec fuerit vinculo excommunicationis adftnâus. Quocirca devotionem tuam monemus, ficexhortamur attente, per apoftolica kri-p<a (ibi praecipiendo.- mandantes, quatenus przdidam excommunicationis & anathematis iententiam, lingulis diebus Dominicis & fcilivis, pullatis Campanis & candelis accenlis , lolenniter publicari , ac ablolufionem & inhibitionem nunciari procures, & facias per totam terram tuae legationis modo fimili pubbeari, Sc etiam nunciari. Mandatum noflrum taliter impleturus , quod devotio tua poflir exinde merito commendari. Ceterum cum praefatus Fnderieus de aliis magnis fit gravibus fit plut imum infamatus criminibus : n< $, dante Domino, fuper his luo loço fic tempore procedemus , prout in talibus negotiis natura requirit. Verum, quia terroris ionitus femgp- eft in auribus impiorum, fic etiam quando pax eft infidias fufpicantur, eo quod turbata confcientia Temper fava przfumit idem Fridericus , priufquam fentent la excommunicationis lata effet in ipfum, quafdam fratribus nofiris decrevit litteras tranfmittendas pro parte inferius annotatas que poft eamdem latam fcnteniiam iplis przfentatz , ad noilram fic corumdem notitiam pervenerunt. Unde quia voluit Dominus occulta cordis ejus detegere, quimanifeftat abfeondrta tenebrarum, fic cordiurn *tecreta* revelat I ex illarum litterarum tenore colligitur , quam gerat devotionem ad Romanam *ecdcfiam* matrem fuam ; quam ad fummum pontificem ac fratres ejus ac fedem apoftolicam reverentiam habeat, cujus ratione regni vaflallus exiftit , Contra nos enim fic iffos confpiraflc videtur ; ex quo , quantum & qiule crimen incurrerit , fatis patet. Inter cetera vero, quz fua continebat epiftola , hrc habebamur inierta : „ Propter quod non indi- ,, gne dolemus , fi pater apoftolicus offendere „ tam graviter nos intendat , ut dum in co- „ flantem virum tam vehemens cadit injuria, „ etfi patienter ferre velimus, immanitas nego- „ tii non permittat, quin ad ultiones , quibus „ Czferes uti folent , fafti violentia nos im- „ pellat.,, Verumtamen dum confideramus impatientiam procedentis , fic difficultatem attendimus offenforis : fi ex zquo liceret privatas exercere vindiâas, quas in hominem,per quem fcandalum venit , fic in fui participes fanguinia compenfare i 'flemus , ut in ipfum fic fuos attentata noftrz fedis injuria redundaret , tolerabilius duceremus . Sed cum nec ipfe , nec tota propter hoc fua paflura progenies, tanti forent, ut culmen imperii zelaret ultionem probrum ; cumque fedis authoritas , audacic fibi frœna relaxçt, fic tot venerabilium fratrum moles eum in concepta fovere pertinada videatur : angit nos altiori mente turbatio, quod dum nos intendamus a perfequente defendere, oporteat nos defendendo gravius offendere refiftcntcs.

Da

Datum Laterani , tertio IdusJfpulis, pontificatus noftri anno dccimotertio.

XII. AD ARCHIEPISC. CANTUAR. ■T SUrrMAGANkOS EJU$.

Vitam, mores, ingratitudinem, impietatemque Friderici fecundi imperatoris iniinuat, &caufas exprimit , propter quas (edes apoftolica, poli multam cunAationem, ad vindi&am tandem faciendamvel fero , ferio tamen furrexerit.

Cregorim epifcupttf ferum ferverwn Dei Veneret-bini>lu fratnbm trcbieptfcnpo (.aitmtrienfi , Ô" fxff~ra^^neif cjm , fiIxtem èT apo/iohctm beluailluneru.

Ascendit de mari beftia , blafphemix plena nominibus : qux pedibus urft & Iconis ore defxvieus , ac membris formata ceteris ficut pardus, os futim in blafphemias Divini nominis aperit, tabernaculum ejus, de fanAos qui in cœlis habitant , fimilibus impetere jaculis non omittit. Hxc unguibus & dentibus ferreis eunda confringere, & luis pedibus univerfa dcliderans conculcare , fidei occultos olim paravit arietes : fit nunc apertas machinas iuftruit limaejitarum, gymnafia animas avertentia conftruit , & in Chriftum humani generis redemptorem , cujus teftamenti tabulis ftylo pravitatis hrreticz nititur abolere, famateftante, con. furgit. Igitur admirari definite omnes, ad quos ab hac bellia contra nos edita pervenerunt obloquia blafphemix , fi nos omni Deo fervitute fubjeAi detraAionum fagittis impetimur : aim nec ab his opprobriis immunis Dominus relinquatur. Admirari definite, fi injuriarum in nos mucronem exerit , qui ad perdendum de terra nomen Domini jam aflurgit *: fed* potius , ut ejus refifte'e aperta veritate mendaciis, ac illius confutare fallacias puritatis argumento pofiitis, caput, medium, & finem hujus beftia Friderici diAi imperatoris infpicite diligenter .· & in ejus verbis abominationes dumtaxat invenientes & feelers, contra ipfius dolos finceros animosfcu to veritatis armate ; attendentes qualiter finceritatem apoftoVcx (edis, & noftram, litteris per diverfa climara Mundi tranfmiiTis , pollutis nifus eft maculare narratibus . DiAus Fridcricus, figulus falfitatis, modeftix nefeius, nec aliquo perfidus rubore , mentitur qued nos ipfum, nob s in minori officio conftitutis, amicum priflinum , fidem & mores, adepto apofto'atus officio , relinquentes, quia, ficut (aeramento prxflito , & lata in ipfum excommunicationis fententia tenebatur, prxfixo tempore in terrx fanAx fublidium vel fuccurfum infirmitate non potuit prohibente tranfire , vinculo excommunicationis adfli ingere , poftulatum ab ipfo lanitate refumpta abfolutionisbeneficiuiudenegare, ipfumque in diAum tranieuntem tubfidium, per nun* cios & legatos noftres proccflui fuo contrarias Soldant) minentes, imp/dire curavimus, ut fie effet de regni Hierofolyn itani recuperatione concepta fruftratus .· regnum Sicilite, pro eo quod Reinaldus olim filius ducis Spoleti, prxtcr ipfius conictentiaru, terram invafii ecclcfix, nos tnjufte & violenter intrafle, ac ipfiushomires provocaflé ad perjurium, falfo conqueritur. Seque de Syria in Apuliam redeuntem, illate injuria omififfe vindiAatn , acceptafle concordiam , & rediiftc ad matrem ecclefiam gloriatur . Licet autem hxc

A figmenta, publica notitia reprobet : quia tamen nonnunquam reAitudinis fcdem velatum occupat in aure (inceramendacium, apud quam pro fe veritas non invenit advocatum .· ne in corda veftra falfitas quacumque poliit fiaude fubrepere, dignum eft vo* rei per nos geftx modum 6t ordinem non latere, qui diAum Fride* ricum, ante & poflquam apoftolicx notlrosfubjecimus humeros fcrvituti , fub vulpi latentem omni curavimus gratia proiequi : donec fpe, que patri de filio foiet innaici , fublata, idem Friderici» fremens in magnitudine fua , & ex adepta fortitudine infiunitus, matri ecclefixpro bonis malà retribuit : & in eam, quam fucatis delinivit aliquando verborum fallaciis, virus ef-

B fundere caudc aculeo», more fcorpionis, incœpit . Nam cum olim terrx fanAx necertitas, przdiAa fententia, & juramentum, ac pexfixus terminus , traqfitum ejus cxpolcerent, & illud idem multa tniiliaCrucefigntttorum ipfum Biunctufii expeAantia cum inflantia poftularent : idem didos Crucefignatos inibi , donec fub ignoti aeris intemperie diverfis lugende mortis cafibtu periere, detinuit, & perjuiium ac exccmmunicationis fententiam gratis incurrens , infirmus fide, fed *fanus* corpore, ut fecurius Deo mentiretur , 8c ecclefiam falleret, omIfIb promiflb paftagio, inicAo xgritudinisdiebus aliquot fimulatus decubuit, *acteirtm* fanAam incurfibushoftium Chi illi exponere minime dubitavit : ex

C eo nullo dolore percuftus , quod ibi clare memoriz nobilis vir Turingtx Lantgravius, utinam non veneni per culo, ficut Mundus clamat, extitit interemptus. Cumque de confiAa xgniudine, 6c aliis pixmiftis, nobis per litteras prrlatorum ibi morantium conllitiflet : ne, difeiplinx virga tanto fubtraAa facinori, nos & apollolica fedes redderemur inde notabiles, Cruce-l fignatorum mortem & terrx fanAx pericula deplorantes , & cupientes , fahem in altero, ecclcfix Ucrymas moeroris dextra debitx confolationis abflergi, ipfum latr in eum de confenin fuo auAoritate bonae memorix Honorii papa prxdecefibris noftri excommunicationis fententix fubjacere denuntiavimus.:.:.fammo defiderio po-

D ftulantes, ut eum poftmodum in emendationem tantorum & talium damnorum opratam prxftare operam audiremus ; lireris noftris offerente* eidem, quod impertiremus fibi, juxta formam, abfolutionis beneficium, quam cito arriperet iter in przfatx terrx fuccurfum. Sed ipfe, in cujus erat fuper his peAore cura minor , claves ccclefix parvipendens , non abfolutns in Syriam tranfiit . Ubi cum Soldano , folis fibi mceniis Jerufalem reftitutis, & illi grandi ad impugnationem Chriftianorum tranImiflo equorum ic armatorum exercitu , fexennale foedus feriens, & templum Dominicum Saracenorum ibi Jaudes exclamantium Machometi curx relinquens, et defenfore mutatus in hoftem , venerabilem fratrem noftrum patriarcham Hierolblymitanum & TcmplaAos pro viribus expugnavit. Illud autem non debet ad fanx mentis credulitatem accedere, quod eum in recuperattone regni Hierofolymitani nos'vel legati noftri, cum ad hoc multo labore fudaverit , grandiumque ecclefia fubierit onera expenfarum , ftuduerimtis impedire.. Sed illud in notitiam omnis terrx pervenit, quod idem Fridericus, ficut in *Syriae* partibus in propria pertona Dei perfequebatur ecclefiam , fic citra ,mare ipfam diverfis tribulationibus diAi Rem*ldi minifterio, quem contra confilittm noftrum fitum in regno vicarium re-

liquerat, attigebat . Cujus terram cum litteris aurea bulla munitis, pccuuia, & vaffallis ipfius Friderici, prafatus Reinaldus invadens, nonnullos facerdotes & clericos fufpendere, mutilare, ac fuAibus cadere .· necnon , ftatu noftro turbato Perufii , partem ipfius terra; prooccuparc profumpfit. Quem licet fideles & devoti notin', non valentes id ulterius' fuftincrc, a parte terrx prxdidx, Chrifto fponfie fux indulgente viftoriam , ejeci(lent .' quia' tamen idem Reinaldhs nequaquam ab incepta perfecutionc certabat, cqofultius «(limantes , fi originalis militis venas inciderent, quam jam excitati torrentis impetus novis repletos rivulis expedarent : diûiun regnum Sicilis, quod cftfpirituale patrimonium ccdefix, ne indq nos percuterent jacula, unde potius erat cxpcâandum fubfidium, intMtverunt : multique ex ipfius regni habitatoribus obedientes apoftolice fodi , nequaquam ob id reputari debent perjurium incurriffe , cum a juramento fidelitatis , quod eidem Friderico przftiterant, cx lata in eum excommunicationis lententia ab(oluti fuiflênt. Dido quoque Friderico redeunti de partibus tranfmarinis , & ad finum matris ecclefix revertenti , pietatis appofuimus apollo-liro gremium : ipfique ad expetitam inclinati concordiam , abfolutionis beneficium curavimus impartiri. Ad hxc idem mendacii filius falfitates fallitatibus cumulans, ut quo plura mendaciorum retia^orditus fuer' , eo gravioribus fe doleat periculis irretitum . de nobis mendacii feripturas pronunciat : quod eidem , ut Lombardiam pacificus & inermis intraret, promittentes quod afpera fibiconverteremus in plana, pro fua confufionc fubjccimtls .' & non permifirnus obice nunciorum & Jitterarum noftrarum intentionis fux metas attingere , Ac deinde, quia fibi potentia nort fuffragabatur armorum, in regnum redire coaâus , ad inftantiam noftram Romanos tunc Viterbium impugnantes, diffidaffc , & in Vitcrbienfium fubfidium ftrenuam mififfe militiam, fc faifoafferit : nofque jcripfiffe Romanis id prxter confcientiam nollram fieri , & cum ipfis eo irrequifito reforraaffe concordiam, in querelam adducit : novo fibi blanditus mendacio, quod diffidentibus iterum ab ecclefix pace Romanis, idem non vocatus cum Conrado filio fuo , quem nobis obtulerit obfidem, ad proftntiam noftram perfonaliter veniens, & arbitrio noftro motam inter jpfum fit Lombardos difeordix caufam exponens, terram fedis apoftolicx occupatam ejus juri refiituit , Sc libertatem ecclefiafticam in ftatum {trimum & debitum reformavit. O utinam ifte alfidicus edet vir habens fpiritum ! O utinam hujus propofitio falfitatis verum habuiffet eventum ! Ipfius vero negotium , quod per venerabilem fratrem archiepifcopum Ravennatem, de reftitue.tdis ci & dido Conrado juribus, ipfis in regno Hierofolymitano [redacted]btraâis „ ordinatum ~~fuerat, nos, quam~~[redacted]~~cito delata potuit numerari~~ pecunia, detraxiffe fidelibus fuis (quos non fine ecclefiarum incendiis & hominum ftragibus hoftilis devaflabat infultus) ipfius interdixiffc fuccuifum, fit ob id nos nuncium noluiffe vel litteras deftinare, contrarius veritati conqueritur. Ac civitatem Caftellx, contra *fvmam* pacis fic fratrum confilia, io fui juris projudicinm detineri a nobis, fuis exarare litteris ftylo mendacii non veretur. Quamquam autem his figmentis modica veritas intermixta 'aliquid coloris adjiciat .' ut tamen apertius intelligatis quod lotam hujus commenti feriem non modica falfitatis adjc&ïo decolorat , icitote pro certo, quod, ficut nunC ex temporum eventu convincitur, diicrerz menti verifimilius videretur ipfum de Lombardi, fuum potius confcqui propofitum potuiffe, fi fe illis , quos populorum numerofitas , profundiufquc vallorum , arnwoium copia, ac murorum reddidit altitudo munitos, pietatis patentem exhibuiffet, & clementix dominum, quam fi trementibus pro culpa ynpofita fubditis ultionis exerto mucrone terribilis occurreret in cuneis armatorum : cui nps, qui bona pacis procurare tenemur , bona fide fuafimus, ut armaro militis ornffo terrore , fub indi&a-rum omilfione poenarum·, & beneficiorum ublattonc , illos ad imperii devotionem reduceret, Qui etfi in Lombardiam famulis Ilipatus militaribus acceffitt, huia tamen confilii fidelis oblitus , in partem Cremonenfium cedens faâus eft fchifinaticus, fciffimque in difeordias Lombardi,un fortius feindere & Mediolancnfcs a feter-, roribus & minis abigere ftuduit, quos tamen ab adverfa parte ad unitatem trahere potius debuir in funiculo caritatis non eft quod noftrx imputetur innocentis, fi fpe fruftratus in Apuliam rediit , ipfo fpei concepte interitum procurante . Poft hxc fuper tuitione libertatis ecclefiafticx, fuper extirpanda hxretica pravitate, noftris beneplacitis paratum fe obtulit. Ad quem recurrens littera noftra rcfpondit, quod cum'in regno fuo, ubi nullus manum vel pedem abfque ejus mover imperio , in fidem catholicam h«rcfis latius venena diffunderet , & libertas ccclefix quafi penitus conculcata *jactrct* ; non credebatur capiti (alutis adhibere remedium, qui pedem fuo reddiderat contradu morbofum. Sicque refponfum hujufmodi lapfu modici temporis approbante , audito quod quidam pravo fedufti confilio ecclefix terram intrare volebant : in Siciliant , quafi fuga capta, ne rupta promiffio eum falfitat*is* argueret , protinus abiit, ac contra illos verbo vel opere in aliquo non proceffit , nobis improperans quod revertentes ad urbem Romanos filios fpeciales ecclefix, ad matris diledionem paterna curavimus diligentia revocare. Idem infuper intellecto quod illos ab ecclefix caritate fejungere quidam iniquitatis filii nitebantur, fic excogitato quod facilius hanc & illos opprimeret, fi praefatam caritatem acerbius fraude (blita vulneraret : nobis tunc Reate profentibus , ad federn cucurrit apoftolicam, etiam non rogatus . Ubi fub multa humilitate promittens quod terram ecclefix perditam in priftinum (fatum reduceret , & ipfam pro viribus defenfarct : in Tufcia, ad quam vires fuas contulit, recuperationem cujufdam caftelli, quod ad jus ecclefix modico labore reduci poterat, impedivit. Et cum adhuc manus tradentis nobifeum effet in menfa , cum hoftibus ecclefix (ficut ex confequcntia faâi , & litteris fuis, que a nobis in tanta, proditionis teftimonium afervantur, agute convincitur) hoc, figno dato , inde vicanus pepigit, ut ipfo certa die exindie recedente , illi ad arma confingerent *. Ifta modus peftifer devotionis obfequia pixftitit. Attendite quales ecclefix famulatus occultus hoftis impendit, qui in ecclefiafticum transformari non erubuit famulum, ut nobis ad nocendum fieret efficacior. Pro firmo t.vmen vos tenere cupimus , quod cois his fub diffimulatione proteritis, circa eum adhuc non pc>mittentes immutari affeftum apoftolicx puritatis , per diftum archiepifcopum , commiffo fibi legationis officio, jura ei & profato Conrado in eodem rc-

* AB. Petri patrimonium occuparam' « VMmTiji- modut >ft«

regno Hierofolymitano mandavimus fubtra&a relitui Qu licet id fecerit, quia tamen formam fibi datam, propter quod ab eo ad nos extitit appellatum, excedens, terram fandam, quod eft inauditum a fiecufo, poft appellationem hujus fer.tcntix fuppofuir interdicto. Nos attendentes quod cb id, in maximum ejufdem terne periculum. peregrini ex ipfa recederent, fic alii inceptos ad illum rranfitus retardarent, dictam fctttteariam, qu* utpote lata port appellationem kgitunam ipfo jure nulla fuerat, in amnibus aliis prefati arehiepifeopi intafto remanente procedit fufficienti, ab ordin&us, nobilibus fic comitatibus regni prasdi&i cautione recepta, in omni finceritate de fratrum noftrorum eonlilio duxi nus relaxandam. Quod ergo ipfe de nobis ob hoc labiis pollutis obloquitur, vefter animus non turbetur: quia Cum fit vas repletum vitiorum fpurcitia, ea qu* ipfius infecerunt animum, putat in aliis criminum def*vire tormenta. Ex quo, cum malorum opprobria laudem, laudes quoque opprobrium refonent: a viro cujus omnis lingua clamat infamiam, fuggiHationibus impeti eligimus multo fortius quam laudari. Sed fonan maculam opinionis fu* his credit abolere conviciis, quia fe dum Viterbii moraretur inficiens, a facie hoftium ecclefi* non verecundus aufugit fit ad defenfionem fuorum fidelium, quos ipfius holies in oculis e/us oblederant, fic terram nullo prohibente vaftarant, affimans fuum per nos ad illos interdici ptogreiTum, imperialis honoris prodigus, fed timore prohibitus non accesfit.-ex co innocentiam notlram accufans, quod ad evitanda hujus belli difpcraha nuncium « latere noftro non mifimus. Sed nec miium, cum eo tempore ftatus ecclefi* multiplici futffet pcrfecutorum affiiâione turbatus. Venimus autem ad civitatem Caftellanam, cujus cives fe illi, violato facramento fidei, ecclefia ignorante prodentes, nullum jus ei per hoc in feipfis acquirere, nullum nobis circa poffeffionem, cum jurifdidionrm civitatis fit civium quafi poffideret, ecclefiam prodendo, potuerunt prejudicium generare qui* illi a quibus alteri potius quam fibi poffidcnribus non requiritur pof-(cilionis mitium, *leges* pc&ffionum evenere, fic extraneis jura conferre nequeunt poflcflbrum. Necnon qui de reddendis poffeffionibus ecclefi* ratione ad cum pertinentibus pluries juramentum preftiterat, fatis improvide a nobis videbatur petere, quod non poterat abfque perjurio retinere. Nec credi debet, in hoc nos fibi omnimodam coram arbitris vel alio modo juftitiam exhibere paratos, fratrum noftrorum deipexiflie confilium; quod nunciis ejus inceptum judicium recufantibus profequi, non fuerat requirendum. Quin potius hanc petitionem ea dumtaxat fraude intentafle proponitur, ut fic ei obloquendi de ecclefia, & pacem inter ipfam & eum initam irritandi occafio praeberetur. Illud quidem quod fuper fado imperii inter cetera fua dereftabilis teftatur epiftola, noftris édifient his litteris calamus: ut quo pluribus ejus fiftio cognita foerit, eo fortia» ex fuo maneat commento confufus: dum de nobis obiredat, quod ad noflram translato notitiam eum ad recuperanda jura imperii cum multis bellatorum intrare millibus Lombardiam, fibi ne Italiam intraret armatus, *ffc* de negotio Lombardorum in nos prxcife compromitteret, apoftolico fcripto mandavimus, ut illud perpetuo fufpendere, vel jus imperii libere fuftocare

A pollemus, contra ipfom venerabilem fratrem noftrum** Prcneftinenlem epifeopum, par quem erui vacuaremus propofitum, iranlmittens, ci impedimentis clandeftinis per legatos & litteras noftras per orbem undique procuratu. Ifte vero, cui, ne veritatem fateri, aut enarrare poffit judicium, a Divina forfan eft indignatione negatum, fient cbnt&atioocs perfon* noftr* non verecundatur ex falfis afluroere: fic & excufationes fuas ex fimilibus propofitiooibus non veritus ordinate, fe per nuncios fisos venerabilem fratrem noftrum Panormitanum archiepiicopum, & quofiiam alios ad apoftoltcam fedem mifids, devotionem omnimodam fuper ecclcfiaftica libertate & reformandis ecclefi* & imperii juribus obtuliflè nofque id attentantes fic promittentes a cujuslibet ipfius impedimento ceffitre, nunciis fuis ad eum redeuntibus, dilefto filio Gregorio de Montelongo, notario noftro, iri fuonun everfiooem fidelium, legationis officium commififfc aflerit. Ipfoque nihilo minus pr«fatos archiepifcopum fic alios nunck» iuos ad fedem apoitolicam remittente, fit offerente fatisfa&onem omnimodam, nos eum, contradicente faniore parte fratrum noftrorum, contra traditiones fanâoram patrum, fie folemnemmorem ecclefi*, injufte excommunicafle falfo concludit; pro fua confufione fubjungendo, nos beati Petri vicarium non habere ligandi folvendique poteftatem, quafi velit aflerere nos conceua apoftolorum principi carere clavium poteftate. A^mfumus igitur, libram rationis affumite, fic in ea perpetratis per diâum Fridertcum contra ecclefiâm exctflibus, .fic beneficiis quae ab ea recepit appenfis, clarius videte, quod licet draco ifte, qui ad illudendum nobis formatus, & in efcain populo Æthicpum datus exiftit, aquas perfecutionum in fubverfionem ecclefi* ex orc quali fluvium miferitapoftohea tamen fedes ipfius nequitiam inxftimabili beneficiorum mifcricordia fuperavic. Nam eum ohm ab annis teneris, illorum morfibus, qui terram ejus fic fanguinem fitiebant, in lacuna coohtfionis expofitum, parentum fic amicorum folatk) penitus pene nudum videns mater ecclefia, protitvu circa ipfum nutricis fic ba/ulae officium exécuta, eum pallio apoftolic* protc&onis operuit, de laqueo venantium eripuit, multis laboribus fic expenfis ad regni folium fic coronam imperii fublimavit: infuper hoc d fccifle modicum reputans, fic fibi Hicrofolymitinum fubjici regnum, fic Illum undique per orbem exaltari procurans, licet ab eodem multiplici fe larfam affiiâione doleret, a paucis tamen renoa&is temporibus contra Hernicum natum ejus (qui partem non modicam Alemanni* ejus jurifdiftioni fubtraxerat) potenter allitit; fie inffiâorum fibi per eum oblita vulnerum, ipfum quafi de novo in imperatorem erigens, Teutoniam apoftolicis litteris ipfius reformavit defiderio: his & aliis, qu* non fufficimus recordari, beneficiis ipfi conferens munimenta decoris. Sed ifte baculus impiorum, terne malleus, univerfiun conturbare terram, regna conterere, fic orbem defertum ponere cupiens, libertatem ecdefiafticam in difto regno Sicili* in opprobrium fervitutis extretn* adducens, fic ecclefias quas, ut earum teneritudine fuum ventrem impleret, quafi jam penitus exoflaflee, fordibus, oneribus, fic angariis opprimens, eas bonis faeris deputatis fanâorum ufibus fpoliavit, perforas ecclеùafticas carceri mancipavit, ipfafque in examine vetito, accufatiooes lufcipere, talltas fol-

folvere, & bona eccltfpftica, ut fe a vexationi- A
bus redimantj exhaurite, & poftremo exulare
coartet. Ecckiiis paliurum folatio viduatis non
permittit fibi ipoofum eligere , viduitatis vefti-
menta deponere, donec alicujus adulterinis am-
plexibus per compul6ooea> extiterint copulatx.
t>e Chriftianorum habitaculis confiraens mcenia
Babylonis, & xdificia, in quibus Divinum no-
men excolitur , illuc transferens ubi Machome-
rus perditus.«adoratur, turbis undecumque colle-
ais Crucifixi fidem & nomen publice praedicari
in eodem regno prohibuit. Recuperationem ter-^
r« fande & negotium crucis impediens,ad ejus
confunimationemfubfidium fuorum fidelium con-
ferri interdixit. Contra juramentum prxftitum,
& pacis inter lpfum & eccfcfiam reformats fee- B
dera , nobiles privatos caftris & aliis bonis fuis,
uxoribus & liberis captivatis, loca fua proferi-
ptos relinquere, domicilia in aliorum transferre
coloniam, nutritos in croceis amplexari fterco-
ra, & ad extremam coegit inopiam devenire .
Necnon dum affii&ione comprimit fimili paupe-
res, id tanto fortius Deo difplicere putamus ,
quanto verius ipfos credimus innocentes . Quid
plura? baronibus, militibus, & aliis hominibus
ejufdem regni Sicilie, ad formam & conditio-
nem fervorum inaudita crudelitate redate .-jam
pro.majori pane ipfiuis regni habitatores non ha-
bent de proprio unde ftramine vili quiefccrc ,
nuditates fuas radi facco contegere , vel ven-
trem pane pofGnt miiiatio faturare . Cumque C
ululatus & clamores ditenun ecclefiarum & lio-
minum , a tempore didi Honorii prxdecefloris
noftri, ecclefix aures continua deplorationepul-
faffent, & jam vix poflemus eos ablque hefione
confcientix fub diffimulatiooe tranfire : ipfum
fuper corredione didorum fcelcrum non fernel,
fed pluries, nunciis & litteris noftris monuimus,
ac longa patientia temporibus expedavimus re-
troadis, fi forfiin oêulos fuos ad ccelos erigeret,
exutus veterem, novumque indutus hominem ,
manus fuas a tanta perpetratione facinorum co-
hiberet. De petita tnfuper emendatione dubii
adhuc , volentes flatum ejus proprio proceffu
gratulari, eo Lombardiam cum armis intrante,
mandavimus ut in locis pro quacumque caufa D
interdite fubjedis , ipfo prxlente interdidum
minime fervaretur : eumdem Fridericum noftris
litteris admonentes, ut , ne crucis negotium ,
quod ad utilitatem ecclefix, imperii, & totius
populi Chriftiani, fuerat ordinatum impediri va-
leret , prxcife in nos compromitteret : ne , fi
contra Lombardos annata manu procedens tan-
tam daret exempli perniciem , prafumeretur a
pluribus quod ceteros ccclcfia fefellifîfet . Cete-
rum, quia redintegrare fciffuras fchifmatis no-
ftrx incumbit officio fervitutis.· pro fedanda im-
perii & Lombardorum difeordia , Prxneftinum
epifeopum, commiffo fibi legationis officio, il-
la confideratione potiflime duximus deftinan-
dum, ut fibi Aquibufcumque difeordantibus mi- E
nori haberetur ratione fufpetes, quo fuis adi-
bus minus firmamenti, odii, vel amoris ingere-
ret, qui, a mundo & carne ea fufeeptionefan-
ftx religionis abftradus, in Divini amoris alti-
tudinem evolaflet. Nofter igitur detrater ref-
pondeat, quid ex hoc nobis & eidem epifeopo
poterit imputari, fi Placentix inter patres & fi-
lios, affines, confanguineos & germanos, ordi-
nata concordia, eoprxfente, &proteflantequod
id falvis honoribus & juribus imperatoris & im-
perii & quorumlibet aliorum fieret , confum-
mationem accepit ? Quinimmo idem blafphemus

mteUigat, fibi ad infamiam merito reputari ,
Juod cum *d ipiius & nuociorum Quorum in-
ftantiam venerabilem fratrem noflram Oftten-
lem epifeopum, & filium uoftrumT. t'tuli (an-
te Sabine presbyterum cardinalem , pro pace
juxta formam ab etfdem nunciis inter Lombar-
dos A imperium reformanda, ad partes mifif-
femus eafdcm, idem dite legatis petita & am-
pliora adimplere paratis, & delufis nobis , re-
formationem pacis per ipfos- noluit acceptare .
Ecce, nunc intdligite qualiter imperii juracon-
culcavimus. Ex prxmiois advenite qualiter hic
a nobis fuerit impeditus: qui longo & inanila-
bore fuos & fuorum humeros decrevit prius con-
teri , quam paflus extiterit per nos jura imperii
reformari. Prxrerea idem, illatis ecclefix non
[illegible]injuriis, data quibufdam rebellibus no-
jftris non modica fumma pecunix , feditionrm
contra nop in Urbe molitus efl pluries commo-
vere: ut nobis & fratribus nqftris a fede nottra
repulfis, & concuflb capite fiaei , quod fuper-
xdificavit Dominus, impulfu ejufdem Friderici
rueret leviori. Ferrariam & quafdam alias ter-
ras ecdcfue in Lombardia contra juramentum
prxftitum temere veniens occupavit. Super quo
ANno Domini MCCXLIII. VII. Kai. Julii, cum Concilium in Ecclefia Moguntina effet indiftnm, & cum p. m. Syffiidus ejufdem Ecdefiz Archiepifcopus, tunc temporis in die Concilii ad Concilium cum Cocpiicopis fuis confidere vellet, ut indi&um Concilium turbaretur Domini Epifeopi Hildensheimenfis, & D. Warburnenfis, & D. Wormacenfis jus Domini Epifeopi Fyftatenfis, defuz Ecdefiz, ut fupra notatum eft, quilibet coram pro fe & fua Ecclefia, quod primus effe deberet poft Moguntinum, proponebant, fit fuper hoc fibi fieri juftitiam poftulabant. Dominus vero Eyftenfis Epifcopus Fridericus nomine, diftus deParfperg, & Jurifperitus, cum audiret diâos Epifcopos jus Ecclefia fuz, & jus alienum impetere, & tanquam n m fuam Fecere, ipfe ut homo providus & literatus, ontificalibus indutus & veftitus, jus Ecclefic fuz laudabiliter defendebat, & telles, quos ad probandam intentionem fuam induxit, taliter jurati depofuerum.

Duo iSzpofici, & unus Decanus, quorum Îquilibet fe circa centum annos efle dicebat, tc dixerunt, & concordaverunt in omnibus fupra notatis adiicientes, quod quando Maguntinus vellet przfidene Concilio, quod ab una parte Munafterii Sedes deberet eue, que caperet, nifi duas perfonas Maguminum, & Eyftetenfem Epifcopum, ex alia vero parte Domini Epifeopi, ejufdemSedis fufiraganeide berent federe per ordinem, dc fi Dominus Maeuntinus medio tempore inciperet zgrotare, Dominus Eyftetenfis diftoConcilio deteret prefidere, & traâare ea, que tra&anda, fit decidere, fit concilium confummare, fit quod tunc non de propriis, eum eandem Eccleftam fibi regeret, fed bonis Ecclefic Maguntinzdeberet procqrari, fit in reditu donec ad villam, que vocatur Perglen que attinet Ecclefic Ey«etenfi, ibi de propriis deberet fuftentari.

Dixerunt etiam, quando Dominus Eyftetenfis vocaretur venire Maguneiam five effet in Cœna Domini, five in aliis feftivitatibus, fit Dominus Maguntinus qualicumque de caufa non poflet exequi officium fuum, fic Dominus Eyftetenfis ratione juris fui, & fuc Ecclefic, quod cx antiquo fibi in Ecclefia Maguntina feitur effe conceftum, ad exercendum ibi Divinum officium, fit in Dirrccfi, fi neceffe effet ad Ecclefias confecrandas vocaretur, quod procuratores Domini Maguntini deberent occurrere Domino Eyfletenfi apud villam, que dicitur Perglen, que ad Ecclefiam Eyftetenfem fpe&are dignoteitur, fic cum in fero vixiffet ibi de propriis, de mane procuratores Ecdefiz Maguntincnfis deberent ex tunc procurare de rebus Ecdefiz Maguntinz Dominum Eyftetenfem cum XXXVI. Equitatibus ibi & veniendo Maguneiam & ibi commorando, fit redeundo Domum iterum, donec ad villam Perglen, ibi tunc primum de propriis deberer fubftentari, dixerunt; fit quando taliter vocatus D. Eyftetenfis veniret Maguntiam, quod ex tunc a Canonicis majoris Ecdefiz fufcipi, fic recipi deberet proceffionaliter.

Cum vero teftes prznotati in hunc modum jurati depofuiffent, fit per omnia concordaffent, D. Eyftetenfis fub forma judicii juftitiam fibi, & fuc Ecdefiz fieri petivit, & inftanter, prrmifljs tamen allegationibus fuis,- & probationibus hoc de jure fieri debere, Dominus vero Maguntinus de concilio DD. Epifeoporum, dc Capituli fui intentionem D. Epifeopi Eyftetenfis pro fe, & fuo Capitulo fufficienter effeprobaram, interloquendo pronuntiavit, dc talem praerogativam fuper qua vertebatur quzftio Domino Eyftetenfi Epifcopo, futique iuccefloribus, prout rite probatum fuerat, fenteociooando adjudicavit I Dominus vero Eyftetenfis de fecunda hora Concilii ad renovationem fui juris cum Domino Maguntino in una Sede, fecundum quod teftes depofuerunt, Concilio laudabiliter pntfedit, & loco Domini Magqntini ea, qua. ibi traftabantur in publico lucidiffime diftinivit; dc die tertia, quia Dominus Maguntinus oficium pcrfonaliter exequi non poterit, Monafterium in Ecdefia Maguntina omnibus qui erant Epifcopis fibi coopcrantibus, dc Rege Conrado przfente glorioiiifime dedicavit.

Teftes omnium przcedentium funt hi: Dominus Herbipotentis, Dominus Argentinenfis, Dominus B benbergenfis, Dominus Spinenfis, Dominus Vormacenfis, Dominus Barbrunnenfis, Dominus Halberftadenfis, dc alii quamplurcs Przlati, clerici, fit laid,

(Jlricus, de Hazeftein przpofitus Herridienfis, Couradus comes de Caftell, Otto de Ponte, Hermannus de Thanhaufen, Canonici Eyftetenfes. Henricus Notarius Canonicus Herridienfis, dc minifteriales Ecdefiz, Conradus junior dapifer, Cuoo de Lapide, dc aliiquamplures fimili modo interfuerunt.

Aâa funt hzc regnante Domino Papa Innocentio IV. dc Imperatore Fridcrico, dc filio fuo Rege Conrado regnantibus, qui Lnperator per eundem Papam Innocentium poft hzc apud Lugdunum juftitia exigente cft dcftiiutus anno MCCXLIII. VII. Kal. Julii.

Ex libre Eptfcopali Eyfltte^fii Ecclefia deferl rfit CI. D. Joannei Georgiat Joamul.*

Gretferm Epitomen bujm Synodi fcripfit lib. I. obfervationttm in Pbilippi Eyflate^fle Epifeopi commentariam cap. XY. pag. 773. tom. X. novift. editionii.

..-a

CONCILIUM LANCICIENSE

CONTRA CONRAUÖM DUCEM MaꝪOVIÆ

Boeotum ecckfiafticonun tnvaiorem,

Matthias Mictonicnfis, biflor. Polonica, lib. 111. cap. tu. In Prandotham, *inqiat,* epifcopum Cracovicnfem, quia Boleslao Pudico *Polonia regi* adhnrebat, Conradus dux Maloviz fuos armigeros miGt, & curias cpiicopales tres expilatas, cum villis ipUrum incendit, & predam in Maaoviam intulit. Propter quod Pfandotha epifeopus CracovienGs, Acuiu authoritate propria anathematizavit. Cu* jus~proceflus Fuko irchiepiicopus Gncfaenfh in fjroudo LanckienC confirmavit, & in fin. guli» ecckGis dcnunciari mandavit,

G C Hac Mkhoriafa ad aMM MOQOJV. <u» eu» eamdoa Ciowarat Ub. vm. refont peulo tare aan. MCCXLVU- aeaum. quo StaravoUciu» Polcnu» hoc eoad· liun ia epitome fo> contignavit, mutare notai·

CONCILIUM BITERRENSE

PROVINCIALE

Kill. Kal. Maii, ann. Dom. M. CG XLVI. celebratum.

Ex SiHMoadi MS- nunc primum cJitum.

Statuta concilii BiterrenGa provincialis, per Dominum G. archiepifcopum Narboncnicm.

Tituli Capitulorum.

PAA-

anno CHRIS П

PRÆFATIO

REAltudo conditionis humans, boitis antiqui callliditate diftorta & miferabiliter fauciata, ad ftatum juftitie non poterat reparari: nifi verus Samaritanus vinum fit oleum fauciati vulneribus infudififet. Quia vero frequenter patitur recidivum, adhiberi debuit mo dicina, qux foret utilis ad falutem juxta qualitatem morbi, nunc fomenta, nunc acriora remedia falubriter apponendo. Pi opter quod facrofanâa Romana ecclefia diverfos canones edidit, nos quandoque magiflerio edocens, quandoque pro moderamine puniens tranigref- R lores. Ceterum quia fides catholica & pax fecura, totius Chtiftian» religionis fundamentum exiftunt: ad lumm obfervantiam (edes apoftolica per fe tuoiquc legatos divertis temporibus centra hxreticos ac violatores pacis varia edidit inflrumcnta I Quibus prout expedit cum debita veneratione (utceptis; Nos G. Dei gratia Narbonenfis srchiepifeopus, aflenfu venerabilium fratrum fuffraganeorum nothorum, & capituli noftri, ac toto concilio approbante, aliquid ad penfum fanâz inflitutioms adjicere cupientes ad firmitatem fidei orthodoxz, paciique lecuritatcm habendam, pro lalute maxime animarum & pro ecclefiaftica libertate ac bono flatu terrx, conicripta inferms authore Domino promulgamus.

CAPITULA.

Vt fint leici fui dil^enter bereticos perfuirent.

Fidei Catholicas cultum ampliare volentes, ad hzreticam rabiem dc Narbonenfi provincia penitus extirpandatn, de confilio fuffraganeorum eccle-

Conc. Avo- fix Narbonenfis, & totius approbatio-

пкхі. Jv". ne concilii ftatuimus, ut epifeopi per fuam dicecefim in locis fufpeibs, bons opinionis viros laicos, duos vel tres cum redore ecclefix, vel eo qui ejus curam gerit, inftituant, & juramenti religione adftringant, quod diligentem curam & (olicitudinem adhibeant circa hxreticos, credentes, receptatores, fautores, defenfores eorumdem, perquirendos: ut fi quos tales repererint, epifeopo loci vel dominis locorum five bailivis vel officialibus eorundem, ftudeant cum omni feftinantia intimare. Cautela tamen adhibita circe hzrcticos ne fugere valeant, fi eos non potuerint detinere.

I I.

Vt fui bereticum in terra fua mereri permtferit, excommunicetur.

Statuimus etiam ut quicumque in Acerra fua fcienter hxreticum morari permiferit propter pecuniam vel aliam chhisVi quamcumque caufam, quod ipfo fado fententiam excommunicationis incurrat, przter alias panas contra tales editas in concilio Tolofano *. Si quis autem de hoc convi&us fuerit *vel confeffus,* tamdiu excommunicatus nominatim & publice nuncictur, donec de tanto excefiu fandr matri ecclefix ad cognitionem diceccfani fatisfeccrit competenter,

I I I.

Quand» eonfifcenda ton» torumy fui fuper htrcfis crimint impetuntur.

Bona eorum qui fuper crimine hxrefis impetuntur, nullatenus confifccntnr, douce per fententiam luerint condemnati, nili fcienter tildtm criminefis in eodem crimine adhxfiflent, poftquam eos infedos hujuimodi crimine cognoverint. Idem quoque dicimus ob(ervandum circa eos qui deponunt vel commendant aliquid, aut contrahunt C alias cum talibus bona fide qui Catholici publice reputantur: quod contrahentes hujufmodi nihil amittant, licet illi cum quibus contrahunt, hxrcticl fint occulte: nifi (cientes cos effe tales, contraxifient cum ipfis, fraude iuper penitus excludenda.

I V.

Vt bercticorum bene fua tenebant ab ecc/efiit, ad calefiet revertantur.

Quia vero plores de hxrefi condemnantur, qui ab eccleliis, monsfteriis, (eu viris ecclefiafticis, poflefliones, cenfus, aut alia bona tenebant mobilia vel immobilia; ftatuimus quod bona hujufmodi ad ecclefias five monafteria vel perfonas ecclefiafticas, a quibus diâa bona quoquo modo tenentur, libere revertantur, conditione cujufquam in aliquo non obftante. Qui vero ftatutum hujufmodi violare prxfumpferit, nifi monitus legitime, a fua prxfurapptionc deftiterit, ex tunc cxcommu^nicetur. Idem de bonis fayditorum przcipimus obfervari.

V.

Vt f«<,bret nibil prédirent, nifi fuod in *pepa* & *cptjcopi fui biitrit eontmttur.*

Ad quorundam infolcntiam reformandam, nc profe&us fidei retardetur, praecipi-

Chr ist i "««· ' (cbuU*

cipimus quod qcueftores non permittas» A t»r in ccdeGis aliud populo predicate, quam in indulgentiis domini papx,dt lui diorcefani litteris continetor, nec castelli rei cellule * recipiantur ab eif£,cro « nec ad boc de cetero aliquis admittatur, nifi frater fuerit, vel alia perfona idonea, majoris fui tefiimoniales litteras fecum portans. Cum certum fit per venales ac conduâores queflores, tum ex prava ipforum vita, rum ex praedicatione erronea, multa fcandalofa provenifle, damnatis in inferno liberationem pro modica pecu* nia promittentes .

V I.

Ut petnutntlbtlt , fttlbet ob bctrtflt crintcn trttft tfl telfofitot irri/lo wu flu.

Cum peccatores fint ad poenitentiam invitandi juxta Dominicam vocem , gaudere oportet fi poenitentiam impofitam libenter fafeipiunt & fupportant. Quocirca (latuimus, & in virtute fanâi Spiritus inhibemus, ne panitentibus, quibus cruces pro crimine hrrefis imponuntur, irrifio ulla fiat, nec a locis propriis feu communibus commerciis excludantur, ne retardetur convertie peccatorum, & ne converG propter (candalum abje&a poenitentia relabantur. Et fi moniti defiflere noluerint, per centuram ecclefiafiicam compellantur.

V I I.

Ut ftrotbltltt foltrêotts articulat (Ucl flntplittter cotccnt cubui Domlnldt. &

Prxcipimus etiam quod facerdotes parocbiales Audeant exponere populo diebus Dominicis articulos fidei (impliciter ac diflioâe, ne velamen igno rantix deinceps praetendere quilquam poffit, & hoc in lynodis prxeipiatur eifdem . Pueri quoque a feptimo & fupra , ad ecdefiam a parentibus adducantur diebus Dominicis & feflivis , & in fide catholica inftruantur, & doceant eos (alutationes B. Matie, *Feter. ftofltr* & Crtl· In Dtnuc.*

VIII.

Ut berttld, ἀ eorum fcntcrit flnplit d·· eunlcu cutouunnnlctnlnr.

Adjicientes ut hcretici, vel eorum, çredentes, fautores dc receptatores dc defenfores eorum, fingulis dicbns Dominicis excommunicentur . Et fi quis pnedi&orum credentium , fautorum , receptatorum, dt deten(orum, perfo ia· liter monitus dt excommunicatus nominatim, infra quadraginta dies refipifcere noluerit, fed in eorum defenfione perfticerit, vel inquifitionem impediverit eorumdem : tanouam hxreticus puniatur , cum perieverantia dc defenfio erroris hominem in talibus faciat haereticum judicari.

cxRisn ·*«♦·

I X.

&Ut pottfattt lituijtrts cJjmcnt tttltflem tOfttTI bifflHOt.

Moneantur etiam comites, barones, redores dc confutes civitatum,dc aliorum locorum, ac alix poteilates fixeulares quibufeumque fungantur officiis , quod ad commonitionem dicecefanorum promittant juramento corporaliter prx(lito, quod fideliter dc efficaciter contra hxrcticos dc eorum complices adjuvabunt ecdefiam bona fide juxta officium dc pofle fuum, dc quod de terris fux juriididioni fubjedis univerfos hrreticos ab ecclefia denotatos pro viribus exterminare curabunt : dc ad hoc , fi necefie fuerit , per cenfuram ecclefiafticam compellantur.

X.

Dc lu ftri eonfilimu vel patroduittUC bcretldt It fontoribttt.

Item dc omnes alii qui conGlium , patrocinium, vel favorem occulte vel aperte hxreticis, receptatoribus, dc eorum credentibus praedabunt.

X I.

Dc noternt ful conficiunt lIflem ln- ftrutncntc.

Idem praecipimus de notariis five feriptoribus qui in vita vel in morte fcienter conficiunt inftrumenta hxreticis ve! fautoribus eorumdem.

X I L

Dc ucJicic certtcndeac

Idem de medicis eorumdem prxdpimus obfervari.

XIII.

XIII.

*Ut bcrctici, *l<h batrtfi fyfpe&, c fojfflftf ee0OVeOnttcr·*

M* «. Qui vero quondam hxretid vefliti aoeafj fuerint, aut merito fafpedi iont, - bajuliis & oftciis publici·, fi qua habent, precipimus amoveri cx toco, mc de cetero ad hujufmodi affumantur.

XIV.

Dt CMMNOwWcranur f·» *uUt in bofaliii conftitunnt·*

Si vero aliqui fiat qui in fuis bajaliis hujufmodi perfonas conftiruunt, nifi legitime moniti eos amoverint, excommunicentur.

X V.

Ut ecckfionm nftorte Jur *fo/uJo faft OtftMU,*

Sint etiam folidti ecdefiar'um restores, vel eorum locum tenentes, quod pœnss contra paedidos editas fepius publicent populo & exponant.

XVI.

Ut jtircoKntutn facit renovetur.

Cum tempore pacis fides liberius va« leat praedicari, & inquifitio contra bcreticos fieri, & facramenta ecdefiaftica mioiftrari: tranquillitati pacis congaudentes, ftatuimus quod juramentum pacis in caftris, villis, ac civitatibus, renovetur fecundum ftatuta concilii To- lofani ·, juxta formam ba&enus obfervatam. Preterea libertatem ecdefiafticam cum Dei reverentia juxta ftatuta canonica ample&entes, precipimus, quod epifcopi, abbates, & alii viri eodefiaflici cum luis hominibus pacem fcquantur contra turbatores pacis, cum a vobis fuerint requtfiti, ialvo jure epifcoporum in fubditis eorumdem.

XVII.

Ut nttilm a fuo paffefiane nefelhtur fit orient jniicierio.*

Item ut ftatuta pacis melius obferventur, precipimus ut nulli, a fua pofleflione expellatur ordine judiciario precermiflo, fic fi expulfus fuerit, plenarie teftitUAtur.

XVIIL.

Ut ntcoutuootnicftttr qnl eeciefaflicant Hbtr- UMI ilBftttiMt.

Item legitima monitione premiffa excommunicentur ftatuarii * . feripto- */. tueres, confides & redores locorum ubi(arfi' ftatuta funt edita contra ecdcfiafticam libertatem: necnon & illi qui fecundum ea preiumpfcrint judicare, vel in publicam formam redigere judicata: & B illi fimiliter qui interdicunt clericis ac viri^ religiofis introitum caftrorum ac villarum fuarum, aquas, molendina, forno·, & alia qu* confueverunt eis & aliis omnibus efle communia. Et illi qui vmeis, I^JLadis, arboribus, calam faciunt, & aliis bonis qu* >4 edefiam pertinent, deftruunt & confundunt.

X I X.

Pc vite ét boneffate ckricontm.

C Circa rubricam iftam legantur conftirutiones de vita & honeftate clericorum edite in concilio generali, qu* fic incipiunt, Ut *dtrinne tnont, Sic.* Law-rv. -4 *crapula*, ficc. *Clerici,* ficc. Volumus C'M " etiam & precipimus, ut nulli redores ecclcfiarum, vel clerici in facris ordinibus conftituti, mulieres fecum teneant, de quibus finiftra fufpicio poffit haberi.

X X.

D

Ut utonaebi, clerici rtgulertc, é pre/bpteri, in foro faculari odvoccrc non prefatnent.*

Adjicimus infuper ut monachi vel v·η›μ›. m. canonici regulares, vel etiam facerdo-'*"·c·**. tes, nifi pro ecclefiis fuis & miferabilibus perfonis, in foro feculari & in fxcularibus negotiis advocare nullatenus prefumant. Quod fi forte pars adverfa tales repellere neglexerit, vel noluerit, E a judice repellantur omnino.

XXL

Vt fui curem enimerutu bebere icbent, tui faccrjotittnt fromoveetuur.

Preterea quod in multis canonibus* fle Md. c. u. frequenter ordinatum cft & flatutum, ut archipresbyteri, prspofiti, abbates, & alii qui curam habent animarum, debeant ad faccrdotium promoveri, mandamus, & precipimus, ut cales, fic il-

anno " 'H* qui ecc^e^a* parochiales habent ,A to reprehendi, vobis abbatibus , prio- ANNO CHRISTI
CHRjsri ad facerdotii gradum promoveantur , & ibi ferviant ut tenentur. Ad quod per fubtra&ionem beneficiorum, fi necefle fuerit, compellantur.

XXII.

Ut canonici ficculares fint in fiacris ordinibus.

Inhibemus nc aliqui fxculares canonici ftallum in choro, vtl vocem habeant in capitulo, nifi fuerint in facris B ordinibus conftituti: nifi ex caufa cum cis ab cpifcopo fuerit difpcnfatum.

XXIII.

Ut figularium habitus non fit reprebenfibihs.

Regularibus alitem tam monachis quam canonicis prohibemus , ne fit «orum habitus notabilis vel reprehenfibilis, nec affrètent veftibus placere , fed moribus. Cappis etiam & palliis ,C caligis de\aliqua bruncta clara vel nigra , vel fbmine forti , vel camelo- to , vel aliquo alio colorato panno , non utantur · nec accipiant a fuo majore aliquam pro vefiibus pecunia: quantitatem, quia cx hoc datur tis materia proprium retinendi ; fed omnes de eodem veftiario veftiantur.

XXIV.

L7 idem proprium non babeent.

Quod autem proprium non habeant, fub atteftatione Divini judicii , & in virtute obedientix penitus inhibemus.

XXV.

Ut cionacbi ccmmatres fibi non facient.

Prohibemus etiim ne monachi commatres fibi faciant.

XXVI.

17 presbyteris idonea portio affignetitr in tccicfns.

Oter. iv. Ni'Àon.an. ii.- c.,. Item cum in concilio Lateranenfi & . confe9ucnter PtT Romanum Pontificem conftitutum, quod presbyteris in ecclefiis monachorum vel aliarum perfonarum ad fuam & fuorum fuftentationem portio fufficiens adfignetur I *ne* a domino papa poffimus meritribus , & aliis regularibus & fxcularibus , qui habetis vel tenetis ecclefias hujufmodi , prxeipimus ut in vefiris ecclefiis, epifeopis perfonas prxfentetis idoneas , quibus per epifeopos animarum cura comtnifla , ufque ad feftum Pentecoftes proxime venturum fecundum facultatesecdefiarum, arbitrio bonorum virorum portionem idoneam adfignetit. Videlicet qua tam ipfi quam fui valeant fuftentari honefte , & alia facere qux continentur in pluribus conftitutionibus, qux jamdudum fuperhoc a fede apoftolica emanarunt. Et fuper hoc legatur decretalis de fuppl. negl. *Sicut nabit.*

XXVII.

17 *in icclcfiii regularet non paucrrct quum duo vcl tret morentur.*

Illud prxrerea duximus exprimendum, ut in ecclefiis veftris non pauciores faciant moram , quam duo vel tres monachi, vcl canonici regulares, ficut alia vice per dominum Petrum Beneventanum , tunc Apoftolica: fedis legatum , fuit in provinciali concilio conftitutum & poftmodum obfervatum. Cone. Monipcl-an. i>,. c. jo. Narbon.

XXVIII.

Ut clerici, occofione patrimonii, **non** *talitentur .*

Item ftatuimus ut clerici occafione patrimonii fui vel perionx nullatenus tallientur , & tam domini locorum, D quam confutes & alii laid , ab hujulmodi tallirs & exactionibus per cenfuram ccclefiafticam , fi necefle fuerit, compefcantur. Idem de ecclefiis & hominibus ecdefiarum prxeipimus obfervari.

XXIX.

Ut nova pcdagia non imponantur.

Excommunicamus etiam omnes illos qui fcicnter impofucrint nova pedagia, E five imponunt vcl augent antiqua.

XXX.

De Divino officia in ruralibus ecclefiis frequentando.

De ruralibus ecclefiishoc mandamus inviolabiliter obfervari,ut in eis Divinum officium frequentetur, ne fraudentur animz defunâornm , & omni occatione poftpofita reparentur.

XXXI.

ANNO CHRISTI

XXXI.

Ut ecclefiis, de libris, ca/icihus & aliis provideatur.

Item przcipimus de libris & aliis ecclefiz ornamentis neceflariis provideri. Generaliter autem przcipimus omnibus ecclefus de calicibus argenteis, libris, & ornamentis neceflariis provideri.

XXXI I.

Ut fetcuicres pottflates manus non intendant in talcum pro illata clerico injuria excommunicatum.

Item inhibemus & fub atteftationc Divini judicii przcipimus principibus, baronibus, baillivis & confulibus, ne fi contingat aliquem laicum pro injuria di&o vel fa&o illata clerico, vel aliqua alia quzftione ecclefiaftiea, excommunicari per ordinarium vel judicem delegatum, vel alias pro tali caufa, ut ad res vel bona ejufdem feu parentum iuorum occafione prxdicta manus fuas extendere non przfumant, aut interdicere ei furnum, molendinum,aut aliquod aliud commercium commune. Quod fi fecerint, nifi legitime moniti ccifavcrint, excommunicentur.

XXXIII.

Quinam fint excommunicandi fingulis Dominiez é fcfltt.

Or. Nirg De publicis ufurariis, inceftuofis, concubinariis, adulteris, fortilegis, divinis, & raptoribus, eft in przfenti concilio conftitutum, ut fingulis diebus Dominicis & feftivis publice inecclefiaexcommunicentur. Similiter*bt* illiqui teftamenta defundorum publicare & complere poft competentem admonitionem noluerunt, excommunicationi fubdantur. Item illi qui fcienter inftrumenta vel chartas retinent, poftquam eir plene fnerit fatisfadum.

XXXIV

D< fimonta.

Con< Bi- 7",;"n ». Ad abolendam etiam fimoniz corrupte^m › quz in eis partibus inolevit, fuper co videlicet quod epifeopi clericos ad facros ordines promovendos nolunt aliquatenus promovere, nifi prius przftito juramento vel alia càutione, quod ratione tituli patrimonialis, vel alterius minus idonei, ipfos vel eorum

Anon impetant fucccilorcs, diftriflius inhibemus ne talia prxfumant de cetero attentare. Quod fi fecerint, acelebratione ordinis noverint ic fufpenfos, quia fan&ius eft, maxime in ordine lacerdotii, paucos quam multos malos habere miniftros, ficut eft in Lateranenfi concilio conftitutum. chkisil

XXXV.

r,'r animarum tura perfionit idoneis committatur

Quia circa majora periculum vertitur, przcipimus quod animarum cura perlonis idoneis committatur. Talibus enim funt ecclefiz parochiales & dignitates maxime concedendx, qui verbo poflunt proficere pariter & exemplo. Cum autem ecclcfias & ecclcfiafticas dignitates vacare contigerit, iruôus extantes, & qui medio tempore colligentur, futuro fucceftbri fideliter referventur, dedu&is miniftrorum & fibi fervientiumexpenfis, qui ecclefiam interim decantabunt, donec de redore ecclefiz fit provifum.

XXXVI

De fentcntia excommunicationis.

De lentenţia excommunicationis leguntur: *Sacro approbante concil'0, ère. Cum medicinalis, & foli, Quia periculorum.* Felicis recordationis Lodoicus rex Francorum, attendens quanta pertinacia laici provinciz Narbonenfis, & quarumdam partium adjacentium, in prxjudicium animarum fuarum, fententiam excommunicationis contemnerent: contra hujufmodi pertinaciam olim apud Apamiam conftituit de confilio domini Romani S. Angeli diaconi cardinalis, apoftolicz fedis legati, omnium etiam praflatorum & baronum de Francia, qui przfentcs fuerant pro ecclefiaftiea libertate, conftituit, ut quicumque poft legitimam admonitionem fe excommunicari permiferit, in novem libris èc uno denario Turonenfi puniatur. Si vero per annum contumaciter in fententia excommunicationis permanferit, bona ejus omnia cadant in commiffum. Quam conftitutionem nos G. archiepifcopus Narbonenfis de concilio fratrum & fufíraganeorum noftrorum, & approbatione totius provincialis concilii mandamus & ftatuimus atque przcipimus de cetero in provincia Narbonenfi ab omnibus inviolabiliter obfervari, ficut a przlatis Franciz obfervatur. Ita vi-

* anno Chr ist i "**. ^icet» ^uo<i fi ^ortc «communicato» A in prxdida fumma puniri nequiverit, minori, re! *alite fecundum* provide»·tiam fui epifcopi, puniatur. Si aurem univerfitas culpa fua fuerit interdida, pœna puniatur eadem . Si vero pro culpa domini, *ipfe* dominu» pœ*na fimili puniatur.

XXXVII.

Dc Ja/csrMss *ufurit cotnprimcndit.*

Quia Judzi ufurariis exa&ionibus B plnrimum opprimunt Chrifliano», cum a Domino generaliter prohibeantur ufurz : provinciali concilio duximus providendum, ne Judaei a Chriftiani» aliquatenus immodicas uiuras accipiant. Quod fi fecerint, eas ab ecclefia refti»tuere compellantur. Videlicet per excommunicationem in Chrifliano» « qui cum eis in commercio vel aliis participationcm habebunt.

XXXVIII.

Varia de Judait.

Nec in domibus fui» habeant Chrifliana mancipia vel nutrices, nec carnes venales teneant publice diebus quibus abftinent Chriftiani, nec in bajuliis , ve! aliquibus officiis, Chriftiani» permittantur przefTe , Carnes etiam quas ipfi faciunt. privarim tantum in domibus fuis vendant, & non inCbri»flianorum macellis.

XXXIX.

Vt a Cbrijllanlt lideut fyna difcerut ntur ,

e. Ad hoc ut Judzi a Chriftiani» difcerni poffint, fiatuimus & diftride prxeipimus, ut in medio pedoris deferant fignum rotx, cujus circulus fit latitudinis unius digiti , altitudo vero unius dimidii palmi de canna.

X L.

Ut publle non operentur dltbut ftftlc **

u>4- c. Nihilominus inhibemus eifdem, diebus Dominicis dc feftivis publice operari , ne Chrifliano» fcandalizent, vel icandalixentur ab cis.

XLI.

Ut a dic eau ufftat ad fafcbt* 4mb» mi prsdrawr, é- m *illa fepciucauo ttou ucucutur e C^rjfliauit,*

cNnit! *»«

Volemus & mandamus, ut in feptimana fanda a die cena mane ufque ad diem refnrredionis Domini, nulla* tenus, nifi caufa neceffitatis, exeant domo» fua» ; dc prxlati tunc faciunt eo» a Chriftianorum vexationibus cu*ftodiri , maxime in feptimana prrdia».

XLII.

Vt fuotannir feu denorioe perjohtant ccclejia,

Ubli c. <

Statuimus infuper, ut Judaei fioguIis anni» in fefto Dominicae refurredionis fex denarios Melgorienfis monete, pro fingulis familiis, pro oblationibus, ecclefix parochiali perfolvant.

XLIII.

Vt Ut Cbriâiam caufa utcdicina neu utantur,

Przterea excommunicentur Chriftiani, qui in infirmitate potiti, caufa medicinae fc committunt curx Judaeorum,

XLIV.

Dc tcftautctrtit

Nirbon. an.

D Quia ultima voluntas defundi debet inviolabiliter obfervari ; volumus dc prxeipimus, ut teftamentum, vel ultima voluntas cujufque, in pratfentia femper catholicorum virorum dc parochialis facerdotis, vel alterius ecclefiaflicz peribnz , locum ipfius tenentis, condatur. Prxfertimut idem facerdos, vel Jocum ejus tenens, valeat de ipfo teftatore laudabile tefiimonium perhibere, ne de ipfo aliqua infidelitatis fufpicio poffit haberi ; dc maxime ut ea E quas in piis caufis reliquerit, fidelius dc citius fine fraude folvantur. Quod fi reflator vocare, ut diximus, faccrdotem aut viro» catholicos contcmpfcrit ; careat ecdefiaftica fepultura, donec de bujufmodi mandati contemptu ecclefix fatisfadum fuerit competenter . Notarii» vero , qui abfque folennitate fiiperius expreffa notare, vel feribere przfumpferint teflamenta vel ultimas voluntates , ecclefix introitus interdicatur

------tur ufque ud fiatiafa&ionem condi-A gtMUB.

ANNO CHRISTI

ANNO CHRISTI

X L V.

IM. c. t.

Vt ftrfttri ftntituttfr.

Cum religio juramenti, peccatis exigentibus, fere ab omnibus in iftis partibus contemnatur ; contra hnjuimodi contemptores aliquid fecuritatis pro falute animaram duxit prxfens concilium ftatuendum . Videlicet ut quicumque In tranfgreffiooe ifta juramenti de cetero manifefte deprehenfus fuerit, in ecclefia publice pronuncietur effe perjurus . Quod fi admonitus, fatisfacere noluerit, excommunicetur accenfiscandelis & pulfatis campanis, fingulis diebus Dominicis & teftivis, & denuncietur inteftabilis & infamis ; & nec ad teftimonium, nec ad alios aâus legitimos admittatur.

Y î v î a ı v ı.

Vt cafefoam âlJlgns ratio Mutter.

Statuit etiam prxfens concilium, quod nsd. c > nomina illorum omnium, qui peccata fua confefli fuerint , feribantur a propriis capellanis, qui confeffiones audierunt eorutndem, ut laudabile teftimonium de confcffionibus eorum valeant perhibere. Illis vero, qui confiteri proprio facerdoti contempleri nt, faltem femel ia anno , a quatuordecim annis fupra, vivis introitus ecciefix ufque ad fatisfa&ionem condignam; mortuis vero interdicatur ecclefiaftica fepultura. Qui autem confefliones eorum audierint, in loco patenti audiant , non in occulto. Qui vero proprio facerdoti femel in anno confefli non fuerint, vel alii de ejufdem capellani licentia fpe- C ciali, ad facramenta ecclefiaftica minime admittantur . Et hoc prxeipimus, diebus Dominicis & prreipuis feftivitatibus, per redores ecclefiarum in ecclefiis publice nunciari.

CS© ©© C3©

S3» # STATUTA SYNODALIA RICHARDI

<d» *U Mel, ejnr neminie fecundl) Ciceflmffij epifeopi,*

Amte 1x46. *In frnodo edita.*

ExSuppL '-}.*£· «ti.ExMS. colles. Uni-

CUM ex injunâo nobis officio (aluti fubditorum fit correôioni teneamur fpirituali-ter providere , ne quis prxtexru (implicitatis deviet a juftitia, feu in pnafiimptiooem fe attollens, canonicis inftitutis audeat contraire ; ad falutem fubditorum, in fisnâas fynodi prrfentia quasdam duximus proponenda ; ne nos, Ïai de aliis tenemur reddere rationem, in diriâo examine de noftra negligentia arguamur. Inprimis enim precipimus, ut ecclefiaftica facramenta baptifini , confirmationis , euchariftiae, pœnitenti*, extremas un&ionis, ordinis, fit conjugii eo modo , folennitate, fit ordine difpenfentur, quo difpenfanda funt. Sunt autem ecclefiaftica fiteramenta feptem, baptifmus ingredtentium, confirmatio prrliantium, euchariftia itineranlium , petnitentia redeuntium , extrema uoftio exeuntium , ordo miniftrantium, conjugium laborantium.

Dt ftmea inptifmi.

Forma baptizandi haec eft : „ Ego baptizo „ te in nomine Patris , & Filii, fic Spiritus „ San&i. Hanc doceant facerdotes laicos, & patrem & matrem, ut integre proferant illam m fua lingua , ve! in Latina , & baptizent pueros, fi neceffitas exigat, & non aliter. Si autem puer a laicobaptizetur, inquirat facer* dos, quid laicus dixerit, & quid fecerit. Et fi invenerit diftin&e , âc in forma ccdcfix puerum efle baptizatum, etiam in aqua, qux de neceftitate requiritur, & hoc immergendo vel afpergeodo , cetera fine immerfione a lacerdote fuppleantur . Sed fi dubitet facerdos de puero invento, vet alio, an fit baptizatus, fic dicat nomen imponendo : „ Si tu non es ba„ ptizalus : ego baptizo te in nomine Patris, „ & Filii , At Spiritus Sanâi . Prohibemus etiam, quod diaconi confefliones audire, poenitentias injungere, pueros baptizare non prxfumaot, nifi facerdote abfente , & mors puero, vel aegroto immineat Item fontes cooperiantur fle bonefte cuftodiancur propter fortilegia; fimiliter & oleum, chnfrna, fit euchariftia fub clave, fub pcena fufpenfionis eis infligenda . Item aqua , in qua baptizatus fuerit E quis, ultra feptem dies non fervetur in baptiReno; fic aqua, in qua baptizaverit laicus, ve) in ignem fundatur , vel ad ecclefiam in baptifterium deferatur . Pro baptizato confeflione , feu funere mortuorum , aut aliquo alio facramento ecclefiaftico nihil omnino exigatur, fed fi quid gratis offeratur , licite accipiatur . Panni autem chrifmales in folos ufus ecclefiafticos convertantur. Ad levandum puerum de fonte tantum tres recipiantur . In baptiimo maris, duo mares ficuna femina ; femina autem fufeipiatur ab uno marc , fic duabus feminis. Si mulier in puerperio deceflerit, fcindatur, fi infans vivere credatur, fic baptizetur infans.

ANNO <-^OП

De confirmatione

Si dubitatur de confirmatione, confirmetur, & injungatur parentibus, ut infra annum pueros fuos epifeopo praetentent confirmandos, cum mundis & honeflis ligaturi;. Quod nifi feccnnt port annum, puniantur.

Dt adultis,

Ab adulto ad confeifionem veniente requiratur a i'acerdote, an fuerit confirmatus; quod (i non fuerit, port confeffionem fine dilatione ad epifeopum mittatur confirmandus, Datur cmm confirmatio ad robur.

Dt bonejlate ornamentorum rccltflafticorum,

Nullus facerdos in veftimentis iordidis vel attritis, nec nifi m calice argenteo vel aureo, Λ integro, & in corporalibus munditfiinis, & ad minas in duabus pallis benediftis, fuper altare pofitis, celebret. Celebret facerdos cruce aniepolua, cum pane ex tritico puriifimo, & vino in debita quantitate, nullo modo corrupto, & modica aqua, qux a vino penitus abiorbeatur, nec bis, nifi in Nativitate, v. in Refurreftione & pro corpore pixfenti, & hoc in propria parochia, Et vinum port primam celebrationem & fanguinis fumptionem, quod digitis fuerit fuperfuium, in vafe mundo *refervetur, donec fecunda* celebratio impleatur, ut tunc ab ipfo facerdote fumatur, nifi port primam mirtam fumptum fuerit a miniftro. Euchariftix ultra feptem dies non ferventur, fed qualibet Dominica innoventur, & fiib clave cufiodiantm, 6t cum reserenna ad xgrotos deferantur in pixide munda, cum croce, lumine, aqua benediCi.i & tintinnabulo prxeedentibus Saceroos vero m hiperpellictO ad st-grotuin decenter incedat, nifi aeger valde luent remutus.

Dr pernitentia,

Sequitur de pernitentia, per quam baptizati reccunt poti laplum. Sunt autem ad pœni-(urini tfta necelfaria, contritio, conieifio, & latistartio. Ad contritionem niune.it faccrdos vonfiientem, five ut deteftetur peccatum, &. amaritudinem- animi habeat pro praeteritis, cautelam pro luturis, pudorem pro pr.rientibus. C-mteilio fit vera, integra & propria, ut nullum aliu.n accolet. Perlonarum nomi-r.a, cum quibus loi.fitentes peccaverunt, non inquirant facerdotes, led conditionem poliunt jnquuere, utrum ic. cieu.us fuerit, vel laicus, facerdos, vel monachus, ve! fi comugata, vel ioluta aut monialis; 5c fic de.cxteris, qux circumftantix aggravant peccatum. Confcfliones mulierum extra velum audiantur Omnes moneantur a facerdote, cujufcunque <mt conditionis, ut femcl jtt anno faltcm m Quadragefima omnia peccata fua confiteantur proprio laccrdoti, vel alteri de fua licentia Satisi.icbo confiftit in ex.ifione cautarum peccati, in oruiotie, jejunio, & eleemoiyna; •rjitnnim praecipue valet *contra* gulam & contra luxuriam. Nullus facerdos in furto, rapina, unita, dc fraude injungat mirtarum celetu.ni.mem, vel eleeniois turum largitionem, fi'.I potius ut fiat Jcfiiiutio. vd quibus injuAriatum eft, vel eorum heredibus, £ extire rint. Sin autem, de confilio facerdotum iatisfiat, quia non dimittitur peccatum, nifi reftituatur ablatum, fi fieri poteft. Oratio contra fuperbiam, invidiam, iram & accidiam; eleemofyna contra cupiditatem & avaritiam.

anno CHR,ST' *****

Dt conjugatis nulla pernitentia injungenda.

Conjugatis nulla injungatur pœnitentia, excipe quando fufpe&i habentur ad invicem. Sacerdotes publice pœnitentes cum literis fuia veritatem continentibus, ad poenirentiarium epifeopi tranfmittunt; vel in propriis perfonis cum illis veniant, ncc revertentes pernitentes tanquam abfolutos recipiant, nifi de pœnitenB tia eis injunfta conftiterit per literas epifeopi, vel pœnitentiarn fui patentes; & nifi illam perficiant, ab ecclefia excludantur, & ad pcenitentiarium remittantur.

Sacerdotes in dubiis confidant fuperiores & majora majoribus refervent, ut homicidia, fortilegia, peccata contra naturam, vota frafta, & perjuria, de aftifis, vel aliis caufis, partus fuppofitionem, & tertamenti immutationem, & fimilia, nifi fint occulta, & ad pœnitentiarn imponendam fufficiat difcrctio faccrdotis. Sacerdotes in capitulis ad audiendum aliorum facerdotum confefliones deputentur, nec ahi facerdotes relidis confelToribus aliis confiteantur, niti ob jurtam caufam, petita ab al-C tero ipforum licentia. Nullus facerdos aliquo modo confeifionem nutu, figno, vel verbo revelet fpecialiter vel generaliter,ut dicendo; ego fcio quales cfiis. Quod fi fecerit & conviftus fuerit, fine fpe venia: degradabitur. Nullus facerdos deneget parochiano fuo licentiam confitendi .alii facerdoti, fi jurtam habuerit caufam, dummodo fciat cui confiteatur, & dicat fe hoc bona fide petere. Generalitatem miiTarum inhibemus, & ne facerdotibus tricennalibus ad propriam ruinam fe onerent, ad qux per feipfos fufticerc non poffunt. Sacerdotes fidem Trinitatis & individus unitatis, incarnationis, nativitatis Chrifti, partionis, refinredionis, afcenfionis, & generalem re-D iurrertionem mortuorum in praedicationibus an-r.uncient frequenter; & quod omnis coitus cxtia matrimonium eft mortale peccatum.

De honefiati clericorum, & qui funt ordinandi.

Dum in ecclefia Domini fint majores β minores ordines *inftituti*, quatenus ex officiorum diverfitate rite diipofita decor ecclefix illuceicat, prxcipimus, ut quilibet pro modo lui ordinis le gerat, & habeat competenter, ita videlicet, *ut* ab inferioribus reverentia & ebedjentia luperioribus impendatur. Superiores vero impendant viciiiitudirem inferioribus, prout decet fui ordinis dignitatem. De his igi-K tur perfonis qua-dam ftatuta duximus innovanda, videlicet, ut nullus fc nobis otferat ordiriandus, nifi liberx conditionis exiftens, & legitime lue: it prxientatus, de legitimo matrimonio naius, & *examinatione* canonica examinatus, & approbatus. Specialiter vero inhibemus, ne quis ad iacrum oidinem audeat aipirare, nili firmum propolitum habeat continendi, cum omnis *facer* ordo annexum habeat votum caftitatis. Monemus etiam, ne quis iacrum ordiner i fuu ipi.it, nifi ad hoc accedat ex propoiito pon.ip.il·, ut ratione ordinis *fpecialius valeat Domino* famulari. Prohibe-

>> hibernus etiam, ne quis pecunia, favore, feu A .gratia aliquem noftris fupponat manibus ordinandum, quem facri canones non permittunt. Ne autem ignorans ignoretur, irregulares fecundum canones ab ordinibus prohibitos, feriatim & per ordinem hic duximus fpecificandos . Sc. homicida, advocati, dc judices in caufa fanguinis, exeeutores fervorum in publicis adminiftrationibus , incendiarii, ecclefiarum violatores, fitnooiaci, interventores fimoniacarum pafttonum , dc quicunque labe alia infefti fcienter ordines fufeeperint. Qui etiam abepifcopis hareticis , fchifmaticis vel nominatim excommunicatis fcienter fint in facris ordinibus promoti. Item bigami, corruptarum mariti , fandarum heminarum violatpres , dc qui B excommunicari fcienter vel furtive ordines laeros fufeeperint, vel in taliter fufeeptis miniftrare pnefumpferint. Item fortilegi , dc maxime qui damonibus immolaverunt, vel eos fittenter in carminibus invocaverunt; omnes ifti ab officii fui exeeutione *fe* noverint efle fufpenfos , donec fuperioris vel Doftrum fuper hoc fuerit confilium requifittun. Qui vero de non legitimo matrimonio nati, dc abfque fuorum epifcoporum , vel alicujus alterius iuperioris dtfpenlatione ordinati fuerint, vel a non fuis epifcOpis prater fuorum licentiam prelatorum ad ordines promoti, dc qui adulterio fe polluerint , omnes tales fufpeodimus , donec a nobis difpenfatjonis gratiam fuerint confecuti. C Item monemus, ut omnes qui in confcientia mortalis peccati prius perpetrati, vel propter quxftum temporalem tantum ordinem fufceperunt , officium fuum non excquantur , nifi prius plene de hoc confiteantur. Si quis vero furtive vel fimoniace fuerit ordinatus, vel alias contra canonicas fan&iones , non exeÎjuatur officium, quoufque cum ipfo fuerit dipenfatum

anno CHRBTI

Dt facrnmtnto conjugii.

Ut autem conjugii facramentum fecundum ftatuta canonica celebretur, qusedam circa illud duximus innovanda, quatenus ex eo in ma-] jori reverentia habeatur, quod ab ipfo Domino ante alia facramenta in paradifo legitur inftitutum, dc pericula, qux 'circa ipfum frequentat folent contingere, devitentur. Statuimus igitur, ne facerdotes aliquos conjungant matrimonialiter fine trina denunciatione in ecclefia publice fa&a tribus diebus feftivis, a fe diftantibus. Fides etiam de contrahendo matrimonio, non nifi publice, dc coram teftibus idoneis detur ; proponatque facerdos, quod fi talem fidem carnalis copula fuerit fubfecuta , ecclefia reputabit ibi matrimonium. Qandeftina matrimonia non celebrentur, nec eisinterfint facerdotes fub pœna concilii, que eft fufpenfio per triennium. In nuptiis prohibeantur E fub pœna excommunicationis fortilegia, maleficia , celatio legitimorum matrimoniorum dc aliorum impedimentorum. Moneantur conjugate , ne voveant, nifi de confenfu virorum , & confilio facerdotum. Non tranfeat ad religionem alter conjugatorum , nifi de licentia epifeopi. Prohibeant facerdotes mulieribus, ne infantes fixum in ledis fixis collocent.

Dt fixrnmtnfo ttcirtuut tortioni/.

Sacramentum extreme unitionis omnibus in A ncceflitare petentibus exhibeatur; nec propter, illud vitetur thorus; iterari enim poteft,quod non poteft baptifmus *vel* confirmatio·

ANNO CH.T,!fn

Dt nrcbidinconis & nilit.

Volentes etiam, ut unicuique quod futim legitime confervetur, ftatuimus ut archidiaconi dc alii, qui alicui jurifdi&oni pracfte videntur, taliter fuis finibus fint contenti, ne quid in praejudicium epifcopalis dignitatis, juris, aut pofleflionis feu confuetudinis fanâas Ciceftrenfis ecclefia, diu obtenta,dc approbata, audeat attentare. Statuimus etiam in vifitationum temporibus, ut procurationibus fibi B debitis , archidiaconi fecundum tenorem conftitutionis fint contenti, inhibentes exprefte , ne archidiaconi, decani, officiales , dc alii , qui officio alicui vel jurifdiftioni praiunt, pro juflitia facienda, differenda , vel acceleranda aliquid accipiant. Et ne pro aliquo fpirituali aliquid ex pa&ione promittatur, detur, vel accipiatur; quod fi fiat, tam dans quam accipiens fententia excommunicationis fe noverit innodatum. Prrterea archidiaconi*, officialibus, dc decanis injungimus prxeipiendo, quod diffamati fama publica dc veriiimilibus indiciis fuper aliquo crimine, de quo convinci non poffunt, moneantur femel, fecundo, dc tertio , ut confiteantur dc fatisfaciant. Si vero incorrefti ia C negatione perftiterint, indicatur eis purgatio , qux occatione captandas pecunias de die in diem nullatenus differatur, fed ftatim primo die, fi parata fuerit, recipiatur, dc canonicus ulirs obfervetur ; archidisconus, officialis, five decanus, contra flarutum veniens, fe noverit ab officio fufpendendum. Adhatc veftigiis venerabilis patris noftri S. Cantuarienfis archiepi(copi, dc aliorum prsdecefforum noftrorum infiftenres, pro utilitate ecclefiarum dc clericorum de procuratione archidiaconi dc officialis fui olim provifa, ad prxiens nihil volumus immutare ; ifta tamen ad memoriam reducantur ; videlicet quod archidiaconi in archidiaconatu luo, illos, a quibus ad procurationem funt admittendi , vifitantes , feptenarium numerum non excedant. Officiales vero loco eorum admittendi tribus equis, vel ad plus quatuor fint contenti. Ecclefia vero , cujus fruftus valent per annum xx. marcas dc amplius, femel in anno procurabit archidiaconum. Quae vero x. marcas dc amplius ulque ad xx. valet, archidiacono femel in biennio, vel officiali femel in anno procurationem exhibeat. Ibi vero femel in biennio procurationem officialis accipiet, ubi reditus ecclefix annui quinque marcas dc amplius ufque ad decem valere nofcuntur. Obfervaco tamen, quod nufquam recipiant temporalia, nifi de officio luo ibi miniftrent fpiritualia. Ad redemptionem autem procurationum nullo modo cogantur.

tlt dignitnttt dimittantur nd fimum.

Item fub poma in concilio ftatuta prohibemus, ne quis archidiaconatum feu decanarum, vel dignitatem aliam dimittat ad firmam, cum per hoc non folum ad procurationum redemptiones inhibitas , verum etiam ad earundens augmenta, que de novo avaritia introduxit , confueverit evenire, quod impoftenun fieri firmiter prohibemus . Adjicimus etiam conftitutionem Domini O. legati de ecclefiis dandis

vel

vcl non dandis ad firmam , qux fie incipit : Eccicius dari ad firmas fice. " & in qua 1C rt""u>tur» diftriâius prohbemus, ne digni» ,atfs vel °*^cia > P'111 decanatus, vd archidiaconatus, five proventus cx ecclcfiafticz vcl fpintualis jurifdidionis exercitio, feu ex poenitentia,vel akari,aut aliis facramentisquibuslibet venientes, ad firmam de cztcio ullatenus concedantur . Item de eodem concilio. Cum laicis dare ad firmam ecclefias fit penitus inhonellum , & clericis quibufeunque ad longum tempus propter continuationem temporis, qux afferre conluevit pesiculujn ecclefiis, poflit effe damnofum, utrumque diftriâius inhibentes , ftatuimus, ut nec laicis unquam nec & perfonis ecclefiafticis ultra quinquennium ulterius ad hrmam ecclefic concedantur, nec finito quinquennio , renoventur eifdem, nifi prius ipfa$ alti habuerint mediate. Et ut omnia fint in tuto, prxeipimus ut prsfentibus epifcopis vel archidiaeonis firmarum fiat conventio, ex qua plures literx confcribantur, quarum una remaneat penes ipfos. Item «ftatuimus, ne penfiones ecclefiarum veteres fine noltro aflênfu augeantur, nec nove eifdem imponantur; decimz aliquz de novo non retineantur a patronis, nec diminuantur, in quarum poflelfione prius ecdefiz extiterant : quod fi (ecus ab aliquo faftum fuerit, & faftum ejus irritum habeatur , fit ipfe ab ecclefiarum collatione fe noverit audoritate conciliorum przdiftorum tf-k fafpcnfum. Prohibemus etiam, ne a facerdotibus annuis pro miniftrandi licentia aliquid exigatur . Przcipimus etiam , ne archidiaconi vel eorum officiales vel decani a capellanis annuis vel aliis pro miniftrandi licentia aliquid extorquere prefumant ; adjicientes conflitutionem domini legati, quz fic inquit : „ De ar- „ chidtaconis quoque fice. " De archidiaeonis quoque ftatuimus, ut ecclefias utiliter δ(fideliter vifitent , de facris vafis , & veftibus, fic Îjualiter diurnis ac nocturnis officiis ecclcfiz erviatur , & generaliter de temporalibus , fic fpirftualibus inquirendo, *ii* quz corrigenda invenerint , corrigant diligenter. Ecclefias autem , fuperfiuis non gravent expenfis, fed procurationes ex'gant duntaxat, cum vifitant, moderatas . Non fecum ducant extraneos, fedmodefte fe habeant tam in familia, quam in ecckfiis, nec ut non vifitent aut corrigant feu crimina puniant , aliquid ab aliquo recipere przfumant, nec fententiis aliquos involvant injuftc , quo ab eis pecuniam poflint extorquere. Cum enim hzc fimoniacam fapiant pravitatem, decernimus, ut qui talia agere ptzfumpfermt, Ik extorta in duplum erogare in pios uius, arbitrio epifeopi, compellantur, alias ni. hilominus falva poena canonica contra cos . S.nt autem foliciti frequenter intereffe capitulis per fingulos decanatus, in quibus diligenter inftruantur inter alia facerdotes, ut bene fciant fie fane intelliganr verba canonis fic baptifmatis , quod fc. fint de fubftantia facramentorum . Canonem autem miflz fecundum confuetudinem Ciceftr. ecdefiz omnes corre&um habere przcipimus , fic verba canonis in libro rotunde legantur fie dîftinâe. Similiter omnes horz fic omnia officia aperte fic dîftinâe dicantur . Item quod ex feftinatione nimia verba non praecidantur, vel fyncopentur ; quod fi non fuerit obfervatum , facerdotes ufque ad condignam fatisfaâionem fufpendantur. Decanos vero rurales a cognitione caufariun tnstrimonialium, necnon & aliarum, qux majorum judicum requirunt examen, fpecialiter przcipimus abliinerc. Alios quoque judices majores ab illarum cautarum cognitione effe mandamus dc volamus alienos, quarum cognitio eifdem nec jure generali, nec fpcciali nofeityr attributa, in his verocaufis, de quibus cognoverint , poft publicationem atteftationem faciendam efle litigatoribus,copia earunttem fiat per tranferiptum, originali penes judicem refervato. Item praecipimus, ne archidiaconi vel eorum officiales interdiâo iupponere przfumant ecclefias clericorum, nifi noftra interveniat auâoritas fpecialis vel generalis . Prohibemus etiam , ne facerdotes aliene ordinationis ad miniftrandum in ecclefiis feu capitulis admittantur, abfquc noftra fcientia ficmandato. Inftitutionem vero fic reftitutionem decanorum ruralium , ficut haâcnus obtentum fuerat, difpolitioni noftrz fpecialiter refervamus.

De litigitaribut.

Litigatoribus autem in foro noftro feu fubditorum noftrorum, quandocunque voluerint, licet a judicio per compofitionem recedere ; dum tamen petita fit licentia componendi, nifi tale fit genus caufz, quod compofitionem non admittat, nec propter hoc eis poena aliqua infligatur alicui ordinario folvenda. Quod etiam, licet in lite ufque ad finem perfeverare maluerint, liceat eis,donec quis fuerit coinviâus fuper delido , aut de calumnia adoriis vel rei conftiterit evidenter : ita videlicet, uf tunc ea poena cum moderam^e imponatur, non quod faluti delinquentium TOagis videbitur expedire, fed quod generalibus conciliis fic fpecialibus nofettur conftitutum. Et hoc dicimus, excepta ea poena temere litigantium, qua in expenfis jundi vidoribus condemnantur.

D» refhribtu

Ornnea ecclefiarum redores faluti debent intendere fubditorum, fic bona ipforum, ut facultas fuppetit, funt pauperibus eroganda: decernimus ut in ecclefiis propriis refideant, hofpitalitati pro modo facultatum fic aliis operibus charitatis intendentes , nifi ipfis, ut ad tempus abefle poflint, ex -caufa neccflarià a nobis licentia concedatur. Hic recurratur ad concilium generale „ De refidentia facienda, „ fic De clericis habentibus plura beneficia " contra concilium . Decimas autem de omnibus , quz renovantur per annum , dandas decernimus fie diftride przcipimus, ita ut occafione mercedis fervientium feu meflbrutn ecclefiz decima parte non fruftrentur. Detentores autem decimarum debitarum fic confuctarum, fi fcmel, fecundo, fic tertio commoniti fufficienter cxcefliim fuum non emendaverint, ufque ad fatisfaâionem congruam , anathematis vinculo feriantur · Cum autem hi, qui decimas detinuerint , vel furripueiint, ad poenitentiam accefleriot, non admittantur, nifi ve! per fe vel per manum facerdotis illi, cui dccimz debentur, fatisfaciant competenter. Prohibemus infuper, ne fru&us ecclefiarum contra tenorem concilii provincialis laicis perfonis , feu aliis ad firmam concedantur, ne in laico fcudo reponantur.

De

ANNO C?hiSTI 'M

De arnamentis ecclefia.

-------tz per injuriam putrefiant. Ad cuftodiam autem privilegiorum, quam chartarum five tan- »»w5l 8anr Epifcopum folum, five capitulum five utrofque, tam cultos Ecclefia:, quam duo Canonici honelli ad hoc a Capitulo deputati diligenter intendant, qui jurabunt ea liervare fideliter, fic quod inde facient copiam capitulo de hia, quz tangent Epifcopum cum opus uerit bona fide, fic hoc de fcientia Capituli firm per fiet. Cum autem debuerit heri copia allcujus privilegii, feu carts per duos, qui ex eis, qui ea cuflodient vel (altem per unum fiet exinde ortenfio, per quos vel per quem exinde farta copia ad tbclaurum Ecclefix, ut ubi cuftodiantur fideliter referantur, fic emm Om- B nia ad utilitatem Ecclefiz poterunt m porterum confcrvari. Omnes iufuper redditus Ecclefiz fic proventus, fic ubi, fic in quibus confidant, in volumine publico confcribantur, fic fi aliquid accrevit fingulis annis in generali capitulo feriptum hujus corrigatur. Si quis Leodienfis Canonicus przbendam fuam, aut focii fui, five in grofhs frudibus, live in dilributionibus violenter acceperit, denuncietur a Decano excommunicatur, qui fi excommunicationem habens per annum animo fuftlnuerit indurato, per Epifcopum privetur pratbenda, fic aliis beneficiis, quz in eadem Ecclefia obtinebat. Acoliti fic infenores, vocem in capitulo de *cetero non* habeant, quod fi aliquis C eorum contra hanc ncftram conftitununem temere *fc* inieccrit, nifi noviter per decanum a capiiulo incontinenter recedat, excommunicationem ipfo fado incurrat, cui dum in excommunicatione perrtiterit, fubtrahantur diftributiones refedorii fic horarum- Eum >amen, fi ablolvi petierit, Decanus audoritate noltra przftita fatisfadionc abfolvat. Hanc autem poenam ftatuimus pro eo, quod ficut intelleximus, conftimtionem a bonz Memoriae Domino Guil done Prcneftino Epifeopo, quondam Apoftoli cz Sedis legato fuper hoc editam, non fervabant, nec dignabantur ad Sacros Ordines te facere promoveri. Item ftatuimus, quod nulli perfonz duo perfonatus in Ecclefia Leodienfi D de cetero conferantur, fic quod Decanus fit Sacerdos, vel faltem infra annum promoveatur in Sacerdotem, qui fi tamen juftum impedimentum, fic notum haberet capitulum poterit ei annum alium, fic non amplius ex caufis neceflariis, fic evidentibus indulgere, qui jurabit refidentiam, fic nullum alium tenere poterit perfonatum, item cum Gonftitutio Lateranenfis Coucili, quz incipit; *Omti tanxf-*

ficc. plane przcipiat quod quilibet adultus femel in anno proprio Sacerdoti fecreto fua omnia confiteatur peccata, praecipimus, quod omnes tam majores quam alii dc Ecclefia femel in anno confiteantur Decano, vel faltem de ejus licentia certz perfonz. Et hoc ex ju- E fta caufa, prout dicit ditfa Contlitutio. Quod præcipimus modis omnibus oblcrvari. Ordinarium fiat in Ecclefia noilurnum, fic diurnum quo contineantur omnia feriatim quz per totum anni circulum dici debent: fic fiant inde duo libri ita quod in utroque per fc totum ordinarium habeatur, quorum unus ex una parte chori, fic alius ex parte alia cum catena ligetur, fic quilibet poflit aperte videri quid circa divinum Officium quotidie fit agendum. Jn choro przterea hinc, fic inde duo groflą pfakcrta, duo grofla antiphonaria, ftduogra-

mo anno faciant per annum integrum conti- anno nuam refidenuam, & qui non fecerint refidentiam compellantur *fuere* per fubtraAiotiem pro- <Kf' ventuum; nec det Decanus primo anno licentia alicui, nifi per capitulum, & tunc «x jufla caufa in capitulo probata nec hoc primo anno fiat frequenter. Aliis autem annis fimiliter refidebunt Vcnintamen licentiam trium Septimanarum tantum, ut abfens lit Canonicus, rationabili caufa interveniente poterit conterit conferre Decanus. Quando vero port datam licentiam ad Ecclefiamreverfus fuerit aliam fimilem licentiam oon habebit, nifi fex feptimanis clapfis, prarrer quam fi neccifiratem evidentem in Capitulo oftenderet, fic probaret. Plane fi quis tine licentia receflerit, vel poft datam licentiam ultra terminum moram fecerit fine rationabili caufa probata in Capitulo, ftipeodio fuo privabitur, & poli reditum in Clauftro ponetur, quandiu Capitulo placuerit. Et hoc fine rellitutione frudum przccJentium, & omnibus horis quandiu inclulus fuerit tenebitur intereiTe. Sententia Decani dc Capituli inconculfe ferventur, & a nemine, nifi mediante juris tramite revocentur. Ceterum cum ficut intelleximus io magna pruna Dominical!, & in pialmis Familiaribus Litania, ficColledis, qux dicuntur port primam in Quadragefimatn, fic lingulis diebus ad Tertiam, nec non Dominicts diebua procellionem, magnus erat defettus co quod nihil percipiebatur in cis; Statuimus &i ordinamus % ut venientibus ad lingula przdidorum, fic ulu ad finem perfeverantibus ptetterea, quz confuevenjnt percipere denarius unus detur, fic diebus dominicis, fic fertivis ad proc«<Ttones duo denarii tribuantur: DeArchidiaconis autem dicimus, quod nec in Capitulo locum teneant debitum dignitati donec in Diaconos fuerint ordinati: qui cum prefentes fuerint in Ecclefia fuas dc Evangelio faciant feptimanas. Qui nihilominus per medietatem aani in Ecclefia refidentiam faciant, fic hanc lurent, nifi forte dc Epifcopi licentia fit abfentes. Si vero eos peregrinari vel ad fcholas velle irecontigerjr Epifcopus eis licentiam non denegare poterit; cum autem in Ecclefia fervire debuerint, fic neglexerint fi Capitulum cosluperhoc convenerit fecundum antiquam conluetudinem judicio parium fuorum exhinde parebunt. Porro cum fuas Archidiaconatus vifitaverint, vel pro negotiis Ecclefiz abfentes efle dcburiint unum vel duos dc canonicis fi voluerint, de licentia Decani, allumant ad ipfos juvandos, feu ad confilium fibi dandum. Przterea quia ficut intelleximus ex multitudine Clericorum palTim Chorum intrantium divinum officium turbatur, potius quam juvetur, Ordinamus ut nifi per cantorem chorum de cetero nullus intret, exceptis clericis Canonicorum, qui cum habitu honerto intrabunt, fic tales elegantur per cantorem, qui h oneftum habeant, fic in aliquo Chorum juvare fciant. Chorus per duos Canonicos fervetur Continue, ficut eft in Ecclefia ordinatum, Ac in Solemnibus per Cantorem, fic alios ficut fieri confucvit. Denique quia multi occafionem prztendunt non veniendi de node ad Ecclcfiam, fuas vel confanguineorum fuorum inimicitias allegando ftaiuimus, fic prreinimus quodclatrtlrum claudatur, fi fine kandalo poteft fieri, & fiant port» in clauftro, fic fint *ibi* duo curtodes denode fibi certo falatio afli&nato. Provdu quod λ pulla-

anno ** faiionc filcntii nique port matutinas cantatas in hyriivc, & in xtbte ufque ad di«-m claulx bniü'Ctx porta; , ne per occafione* hujus di- c^our.i defraudetur. Diebus Dominicis quando imminet proccflio fienda, fiat aqua benedda 10 choto lolemniter per fcptimanariiun ante p.occflioneru Diacono, dcSubdiacono prxfentibus, fic fic parati ad proceffionem incedant. Decani Pirpofiti, Archidiaconi, Scholaftici, & cantores debitam refidentiam in Ecclefia faciant, & tam ipfi quam alii omnes vadant ad negotia procuranda cum a Decano, & capitulo fuerint requifiti, quibus decentes dentur expeofx, fecundum qualitatem perfonarum. Minifleriales, & officiales Ecclefix minifteria fua faciant per fe non per Vicarios diligenter ad qux node & dic parati exilant. In Ecclefia jaceant, qui cx officio fibi commiflo ad hoc tenentur. Difcretis viris, & fidelibus, & habilibus committantur ifta officia inutilibus inde amotis per Decanum, & Capitulum infra menfem. *Bona ad difiribntienet borarnm ordinata, IS flalnta, omnia, qna fnpcrvcnitcnt vtl abundaverint,* ad *nailor ailot njxt boraram quam ad difiributicnet omitfantur, & ntbil corporibxi _prbabendaram acere-Jlat, inm cx boc Excidia ferz/itinm & enitui at^mentetur* · Hxc autem qux de Canonicis majoribus dicimus de canonicis Sandi Materni, & parvx menfx, & aliis bénéficiât is Ecelefix ptxfertim quantum ad fervitium Eccichx diftributiones denariorum pro horis, & ad faciendam refidentiam ad quam tenentur. Item ftatuimus, & prxcipimus, & ordinamus, quod quolibet anno in Capitulo generali, quod ordinavimus fieri io craftino Fefli Beati Lamberli, eligamur dc Capitulo tres fidedigni, qui inquirent de vita, fic converfatione Canonico ïuia Beati Lambeni, Sandi Materni, fic parvx menfx, & Gapcllanorum, & Vicariorum, 'fic. Clericorum de Ecclefia, praefertim de quibus eft fcandalum, & infamia, & quid invenerint portent ad Capitulum, & tunc Decanus, & Capitulum corrigant, qux conigenda invenerint, fecundum qualitatem deliciorum. Statuimus infuper, demandamus, utannuatim in fefto omnium Saddorum finitis vefperis de die omnes campanx pulfentur, & vefperx pro mortuis cantentur, & node fequenti matutinx, & in craftiao ejusdem fefli mifla pro mortuis, ficut in feflis prxeipuis folcmnitaiibus celebretur. Has autem noftras conftitutiones prxcipimus inviolabiliter in cujus tei teftimonium prxfcnrcs hss figilli noilri munimini fecimus robotaii. Datum Leodii V. Lus Novembris anno Domini MGCL. ANNO 1

chr isii QRCIIEK

CONSTITUTIONES PROVINCIALES E BOR ACENSES,

οικιπ CIRCITER

Per dominum VPaltenttn Gray, quondam archiepifcopum Eboraccnfem.

Ek cadre.· *MS. Bibliotheca Cotton, edidit colkflor Anglicntu.*

DEcretum Domini VFaltery Gray, quondam aichicpifcopi Eboracenfis, Anglix primatis, & Apoftolicx fedis legati, editum apud Eboracum, tempore vifitationis iux, tam ad honorem Dei, fic ecckfix Eboracenfis, ac omnium ecclefiarum per totam provinciam exi flentium, quam dodrinam, prrfentem informationem, fic memoriam omnium futurorum.

Gim plerumque inter redores ccctelianim, feu vicarios, in provincia Eboraccnfi conditurος eorum demque parochianos, (uper variis ornamentis, rebulque ecclefiafticis, altercatio non modica fit exorta: Ideo quanta, qux, fic qualia ad redorem, feu vicarios ecclefiarum, per totam provinciam Eboraccnfem conftitutos, fuftentationem, fic reparationem pertineant, qux autem ad parochianos eorum dc rebus, ac ornamentis ecclefiafticis reparandis pertinere nofcuntur, per fubfcripta fcilicet clericis omnibu; clucefcat. Et ideo ordinamus ficftatuimus, ut parochiani noftri omnes fit finguli cxiftant fic dodi m fingulis fubfequentibus, ut fciant fic intelligent, atque obiervent totaliter univerfi, videlicet quod calix, miflale, veftimentum ipfius ecclefix principale I videlicet cafula alba munda, amidus, ftola, manipulus, zona, cum tribus tuellis, corporalia, fic alia veftimenta pro diacono honefta, juxta facultates parochianorum fic ecclefix, cum cappa ferica principali, pro principalibus feflis.* fic cum duabus aliis, pro choris regendis, in feftis fupradidis; crux proceflionalis, fit. alia crux minor pro mortuis: fic feretrum pro mortuis: vas ad aquam benedidam.· ofculatorium candelabrum ad cereum Pafcalc; thuribtiluin, lucerna cum tintinnabulo velum qtiadragcfiinale, duo candélabra pro ceroferariis. De libris, legenda antiphonalc, graduate, pfalterium, troparium ordinale, miflale, manuale, frontale, ad magnum altare, tria fuperpellicia: pyxis pro corpore Crifti hoocfta: vexilla pro Rogationibus, campanx magnae cum chordis luis; fons lacer cum ferura.* chrifmatorium, imagines in ecclefia, imago principalis in cancello, dc quo fando dedicatur ecclefia. Reparatio librorum & veftimentorum, quoties contigerit emendari, cum omnibus fupradidis. Luminare in ccclefia; reparatio navis ecclefix, fic conftru&io ejufdem, cum campanili, interius & exterius; fcilicet fencftris vitreis, cum claufura coemeteriorum, cum aliis navis ecclefix, & fingulisaliis, qux ad ipfos pertinere nofcuntur.

Ad redores vero, vel vicario*, juxta varias ordinationes, omnia alia pertinebunt: fcilicet cancellus principalis cum ejufdem reparatione, tam parietibus, quam teduris, & fencftris vineis eidem pertinentibus, cum defeis & fcamn.s, fit aliis ornamentis hone(lis: ut cum Propheta cantare valeant: *Domine diiexi decorem domat tua, &c.* cum manfo reftorix, & ejus reparatione hinc inde: & alia, que non funt feripta in libro hoc. Noverint fe redores, vel vicarios, à locorum ordinariis compelli pofle, fecundum conftitutionem, & alias iu hac parparte probatas, &c. Pf4- »»

E/X dccimli fanl, agnorum, ιαπῖῃῦ, molendinorxm, paftttral, pifcariorum, apum, tj lnert negotiationlt.

QUoniam propter divrrfas confuetudincs in petendo decimam, propter divertas cau-

oufa$< jntcr ΓΙΣΟΓΜ çcclefurum fit parochia-A contentiones, fcandala fic permaxima oriuntur: volumus quod in cunftis ecclefiis parochialibus, per archiepifcnpatum vel arcbidiaconatum conflitutis, uniformis fit petitio decimarum, fic proventuum cccieflafticorum*, nifi parochiani competentem, pro talibus decimis, velint facere redemptionem.

Volumus etiam, quod darcimc de fœtus, ubicumque crefcant, five in magnis pratis, five in Mrvis; five in chevicis, exigantur.* fic prout <jpedit, ecclefiz perfolvantut.

De nutrimentis animalium, volumus, fi dc agnis, quod pro fex fic infra, fex obolos dentur pro feptem feptimus agnus, fic fupra femper detur pro decima: ita tamen, quod rcâor ecclefiz, qui feptimum agnum receperit, ires obfos det: denarium paroebiano, qui nonum det obolum, vel expedet redor ecclefiz uique ad alterum annum, donec poflit decimum agnum habere, fi malueritfic qui ita expedabit, femper exigat fecundum meliorem agnum, vel tertium ad minus de agnis fecundi anni, fic hoc propter expedatiooem primi anni. Et ita intelligendum cft dc decima lanz.

Sed fi oves alibi in hieme, alibi in cftatc nutriuntur, dimidia datura eft: fimiliter, fi quis in medio tempore emit, vel ve<xliderit oves, fic certum fit de qua parochia oves illzC venerunt, dividenda eft decima, ficut de re, quz adquiritur ex militia. Si autem incertum fuerit, habeat illa ecclefia, infra cujus limites, tempore tonfionis ove inveniuntur.

De lade, volumus quod dccimz folvanrur, dum durat: videlicet de c.ifeo in temporefuo, fic de la&e in autumno fic in hient, nifi parochiani competentem velint, pro decimis talibus, facere redemptionem, fic hoc ad commodum ecclefir.

De provenientibus molenuinoium, volumus, quod decime exigantur fit ib'»antur, utquead valorem proventuum laciant reaemptionem.

De paftu.is autem, pifiarii», tam communibus, quam non communibus, ftatumus, quod decima; fideliter pcrfolvantur, fic per numerum animalium dc dierum, ft expediat ccclefiz.

Dc pifcationibus autem dc apibus, ficut dc omnibus aliis bonis jufte adquifitis, quz renovantur per annum, ftatuimus, quod dccimx exigantur, fic hoc debito modo. Statuimusautem, quod decima dc artificibus, fic mercatoribus, fit lucro negotiationis, five dc arentaria, fabris, textricibus, fit omnibus aliis ftiB pendiariis; videlicet det decimas de ftipendiis fuis, nif> Ipfi ftipendiarii aliquod certum ad opus, vel ad lumen *la* ecclefia velint dare: & hoc, fi reftori placuerit.

Io petittooc autem principalia legati volumus, quod confuetudo provinciae cum poflelfione ecclefir *obfervetur;* ita tamen, quodreâor ecclefiz, fuerit vicarius, feu lapcllanus Dominum habeat pras oculis.

Sed quoniam inulti inveniuntur decimas dare nolentes: ftatuimus, quod parochiani admoneantur femel, fecundo, fic tertio, ut decimas Deo fic ecclefiz foivant; quod fi non emendaverint, ptjmo ab ingreftu ecclefiz fufpendantur, fic ficdemum, adfolutionem, per Ccenluram cccicfiafticam fi neceflc fuerit, compellantur Sed cum diftz fulpcnfionis relaxationem fic abtolu ionem petierint, ordinariis locorum mittantur abiolvendi, fic debito modo puniendi. Redores ergo ecclefiarum, feu vicarii, capellam annui, qui przdiftas decimas modo prarierpto, feu propter formidinem hopinum, feu favorem Dei timore poftpofito, cum eifeâu non petierint, perna fufpenfionis involventur, donec dimidiam marcam, propter inobedientiam, archidiacono loci perfolvcrint.

ANNO CHRISTI ciRCtrER

<3$

CHRISTI

CONCILIUM EBORACENSE

De ornamentis ecclefiz, ab eodem Waltero Gray, incerto anno celebratum-

Ex MS· codia bibLiothfcx Cotton, fdidit colicilor jfnghcxnxr.

DFcretum domini Waltcri Gray archtepiD icopi Eboracenfis, Anglic primatis: & Apoftolicz fedis legati, editum apud Eboracum tempore vifitationis fus, tam ad hooorem Dei fic ecclefir Eboracenfis, ac omnium ecclefiarum per totam noftram provinciam exifteotium, quam doftrinam przfcntium, informationem fic memoriam omnium futurorum.

Cum plerumque inter redores ecclefiarum feu vicarios, in provincia Eboracenfi conditu-ros. eorumdemque parochianos, fuper variis ornamentis rebulque ecclefiafticis, alteratio non modica fit exorta: fic ideo, quanta, que, fic qualia, ad reftores feu vicarios ecclefiarum, per totam provineiatn Eboracenfem conditu-ros, fuftentationem fic reparationem pertineant; quz autem ad parochianos eorumdem, dc rebus ac ornamentis ecclefiarum reparandis pertinere nofcuntur, per lubferipta, fole clarius omnibus elucefcar. Et ideo ordi umus ic ftatuimus, ut parochiani noftri omnes *bl* fmguli exiftant fic dofti in fingulis fiibfequentibus, ut feiant fic intelligent atque obiervent totaliter univerfi; videlicet quod calix, miftate, vcftimentum ipfius ecclefiz principale: videlicet caiula, alba munda, amiftus, ftola, manipulus, tona, cum tribus touveilis, corporalia fit alia veftimenta, pro diacono *& fubdiacono honcfta, juxta* facultates parochtaaorum fic ecclefir, cum cappa fcrica principali pro principalibus feftis, fic cum duabus aliis pro choris reg Rendis in feftis fupradiftis: crux proce&onalis, fic altera crux minor pro mortuis: dc feretrum pro mortuis: vas ad aquambenediftam, ofculatorium, candelabrum ad ecrcurn Pafchale, tburibulum, lucerna, cum tintinnabulo, velum quadragefimale: duo candelabra pro ceroferariis. De libris, legenda, antipbonale, graduate, pfalterium, troparium, ordinale, miftate, manuale.- frontale ad magnum altare, tria fupcrpellicia, pyxis pro corpore Chrifti boocfta: vexillum pro Rogationibus,

cam-

ANNO CHRISTI

Campana: rnagnx cum chordis fuis: fons, facer, cum feiura; chrifmatonum, imagines in ecclefia; imago principalis in cancella, de quo dedicatur eccleûa: rcparafio librorum & veftimcntorum quoties contigérint emendari, cum omnibus lupradiftis lin.............. inecclefia; reparatio navis tcclefir & conftitutio ejufdem, cum campanili interius & exterius, fcilicet fcneilris vitreis, cum claufura coemeteriorum, cum aliis navis ecclefia:, & fingulis aliis, ab ipios "parochianos pertinere nofcuntur. tordinationes, omnia alia pertinebunt; fcilicet cancellus principalis, cum ejufdem reparatione, tam parietibus quam teduris & teneftris viticis eidem pertinentibus cuin defeis &fcamnis, ac allis ornamentis honcllis, ut cum propheta cantart valeam. *Domina dlkxl dtcorem damur tu*, &c.* cum manfo re&orix, & ejus reparatione /line inde, & alia quae non funt feripta in libro hoc, noverint, *Le redores* vd vicarios a locorum ordinariis compelli polle, kvundum hanc conftitutioncm, ac alias io hac

Ad rectores vero vel vicarios, juxta varias Bparte probatas, &c.

SYNODUS OXONIENSIS

ANNO CHRISTI

In QUA LITLR.-E JUGIS QUOD CAPELLÆ REGIÆ LIMERÆ SINT, LEGEBANTUR,

Anno ujo. habita.

Ex MS. Rot. per. 34. §. *Henr. 111. in dorf. n.* 1,

An. ,1‹J Ex W.lv. ■ I I'-'£ sf. Ex Munii Supf< r-ig

REX univerfis praJatis, & eorum procuratoribus vocatis, & venturis apud Oxon. pro gratia Cantu, archiepifcopo a domino papa concerta, falutem. Cum capella: noftra: in epifeopatibus Ccftr. Sar. Lend. & alibi in regno noftro temporibus noftris & progenitorum noftrorum adeo libcix extiterint, & immunes, quod nec dominus papa, nec aliquis atehiepiicoptis leu ptxbtus lurifdiftioncm vd poteftatein fuam extenderit aJeaidem, ı1.nuendo aliquid m eisdem, vel exigendo tubfidiuin vel aliquid aliud, quocumque nomine ab eisdem; vobis dillriâc inhibemus, quatenus metis veftris hailenus ufnatis contenti, nihil exigatis nomine graiix pixdiclx Cant, archiepifcopo concef-f.t, vd qualicumque alia occatione a capellis memoratis; vobis przcavcntes, ne frtis delatores vel acculatores spud fedem apoftolicam, vd «libi iuper juribus & libertatibus noftris, ficut indignationem noftram velitis evitare, & fidelitatem nobis vinculo juramenti prxftitam obfervarc. In cujus, &c. Tcftc rege apud Wcftmonafter. 20. die Aprilis

O O»«O

PRUVÏNENSE CONCILIUM

In quo Parisiensis concilii anni 1248. statuta confirmantur et supplentur,

Anno 1251. habitum-

Ex cartario Trece^fi enti Cl. V. dominus Brayer canonicus Trete^fit.

Atiert Mlrl. Vrr M«n: VII

„ **A Nno Domini MCCLI. die Mercurii** „ poft felium B. Marix Magdaknx ce-„ lebravit idem dominus Gilo archicpifcopus „ Senonenfis, concilium apud Pntvinum, in „ quo concilii prxditti (anni MCCXL1II.) „ ftatuta renovata fuerunt, & ea dc novo ftatuta qux iequuntur.

De excommunicatis ultra annum, &diem, ita fiat ut fuperius eft ftatutum; hoc addito, quod fi venerint, concilium, prout juftum fuerit, & viium fuerit expedire, contra ipfos procedat; fi non venerint, denuntientur excommunicati in pleno confilio. Moneantur per diceceianos, ut infra diftum terminum ad emendationem veniant: quod fi non venerint, dioe**cefanus contra ipfos procedat, prout juftum fuerit & vifum fuerit expedire; & hoc de illis, qui pro caufis propriis & culpis propriis funt excommunicat!, & qui habent potcftatctn emendandi.**

Item, ftatuimus, ut contra illos, qui capiunt res illorum, ad quorum inftantiam aliquis excommunicatur, vel trahitur ia caufam coram ecclcfiaftico judice, vd qui capiunt eorum corpora, ve) amicorum fuorum, vel res ipfius judicis, proccdatui fecundumconflliutionem domini Honorii, & in hoc epifeopi fibi invicem mutuum confthum & auxilium impendant.

CON-

CO/N CILIUM INSULANUM

E< Caffart.
Appead-
Tor»· XT-

Ab ArelstcnGs provinc e prefulibus, przfidc Joanne Bauciano archiepifcopo cclcbrarum anno Dorn. MCCLI.

Prodit nunc primant ex tad. MS cardinalis Chifili: in <ju> fle Infcrioitter
Concilium fecundum domini Joannis

TITULI CANONUM.

PRÆFATIO.

Hac funt ftatuta, per dominum Joannem Dei gratia fande Arelatcnfts eccleûe archiepifeopum, apud Infulam in provinciali capitulo fada, & renovata, prarfentibus & coufentientibus audoritatem praedantibus, venerabilibus in Chrifto patribus R. Cavaliecn. B. Maffilieo. G. Carpentoraten. B. Tricaftrino R. q Tolonen. fit P. Auraicen. epifeopis. Dominis Joan. Avtnionenfi, fltS. VaGoncnG, etiam epifcopis, fe canonice cxcufantibus, fed tamen chis...............committentibus vices luas; przientibus etiam pro majoii pane abbatibus, & prrpofitis, & prioribu» convcntualibus provincia: Ardstenfis, an. Dom. MCCLI. die Martis poft feftum Exaltationis fandz crucis·

CANONES.

L

Vt fidet catbolica frequenterprodicetur.

PRimum capitulum de fide catholica frequentet przdicanda, fcilicet fecundum quod in Artlatcnli concilio olim oofeitur conftitutum Anaria, quam aufboritatc hujus con* cilii.

I L

Vt flat inquifitia t-xrcticoriun I

Item de inquifitione hzrcticoramobfervetur, quod ftatutum eft in canonibus & ftatutis conciliorum: & Hat diéba inquifttio a quolibet epifeopo in fua dicecrfi : & feripta olim fadla re quirantui a Prxdicatoribus & ab aliis qui ea habent, tam audoritate ord·

I I I.

Vt baxa bar. ficorum a pralutis occupentur.

Infuper addentes quod bona hzreticorum fub dominio & jurifdifttone ecclefiarum exiftentium, a przlatis ipfarum ecclefiarum occupentur. Si quis autem alius bona talium, live mobilia vel immobilia, in prxjudiciumdiélarumec clefiarum, ve! prxlatorum, per /c vd per alium invadere, occupare, feuconfifcare przfumpferit; fit uterque ex tunc ipfo fado excommunicationis fententia innodatus, poteftatc abfolvendi domino archiepifcopo, & diœcefano loci, congrua fatisfadione przmifla, auétoritacc prxfcntis concilii refervaca.

I V.

Vt fententia excommunicationis fcrwtur, 4· puniantur contemptores.

Item fententia excommunicationis, cum debita admonitione & maturitate proferatur, & ab omnibus tam privilégiâtis, quam aliis inviolabiliter obfervetur; & contra contemptores excommunteationum, fervetur quod continetur in concilio · Valentino. Et ft ulterius contempferint, puniantur pecuniaria pcena contemptores, ut continetur in concilio Arefatenft, ft hoc poterit per temporales dominos obtineri.

· a». c 17
An. › c *'

V.

Vt decima exigantur & prodicentur.

Item de decimis ftatuimus, quod exigantur & przdicentur frequenter fecundum tenorem litterarum domini papx, & fqlvantur ecclefiis vel prxlatis, quibus de jure debentur.

A

V I,

*Ut uflamenta in pr*fcntia prttbrterl flant.*

Item de tcftamentis faciendis in prxfentia redoris ecclefix, vel parochialis faccrdotis, fervetur quod ftàtutum eft in dido concilio * Arelatenfi, «& concilio Tolofano -.

V I I.

Vt canonica portio folvttxr.

Item ftatuimus, quod canonica portio exigatur & folvatur fecundum canonicas fandiones.

VIII.

Vt exccftit privilc^lafomm cccrccantxr

Item fuper exceifibus privikgiatorum coercendis fervetur conftitutio domini il!' Innocent» IV. qux incipit, *Volenter* *

I X.

D·: pl&norantlbut ackJict vd prébendes.

Item ftatuimus, quod quicumqucautoritate vcl temeritate propria, tcclcfias, vel eccleiiafticas pnbendas pignoraverit. vcl gadiaverit, feu bona eorum invaicrit, feu occupaverit violenter, nifi intra vm. dies fuperhoc fatisfecerit, fit extunc ipfo fado excommunicationis fententia innodatus. Diœcefano tamen epiicopo ab hac excommunicationis fententia abfolvendi. authoritate concilii, concedimus poteftatem.

X

Di pedantit it falinariu.

Item de novis pcdagiis & fatinariis qux per Arelatenlcm provinciam exiguntur, fervetur quod m Avcnionenfi. * & Arelatenfi * conciliis continetur. V- «. *""* * An. n »,

X I.

Dc con/ratriit & confpiraiiooibut.

B

Item fuper confratriis, conjurationibus, confpirationibus, colligationibus, focictatibus, vel 'quocumque nomine cenfcantur, vocentur pada feu conventiones, fervetur quod ftatutum eft in concilio* Valentino : hoc addentes, quod fi qui ad enervandam ceniuram ecclefiaiticam, vel ut contumaciter, perdurent in excommunicatione, prxdida pada vel conventiones inire prxfumpierint contra jura ccclefiaibca, five ante excommunicationem five poft, di£ta C jyéla, conventiones, vel etiam vota, vel promifliones, prorfu» irrita habeantur & denuncientur, ficut in dido con, cilio continetur.

X I I.

De preclbtu pro negotio terra fonfix factendit.

Item pro negotio terra* fands dicatur pfalmus, *Dcut venerant jentet ;* oratio, *Dtut qui admirabiliprovidentia :* ficut D fieri confactum.

X I I L

De cUndt/linit matrimonlif.

Item clandcftina conjugia fieri prohibemus; que fi fada fuerint, procedatur contra contrahentes fecundum canonicas fandiones.

STATUTA SEU CONSTITUTIONES

rrcLFstA Lugdunensis

Anno Domini MCCLI.

Ex To<no "^QOs Philippus Dei gratia prims Lugdunenf,$ ecc,'-'a: elcdus, notum facimus Univerfis praetentes litteras inipefturis, quod obhtis nobis in feriptis ab A. decano & capitulo didx ecclefix nuftrr quibufdam ftatutis, feu conftitutionibus ecclefix memorate : cum eafdem pias & laudabiles invenerimus, ad inftan- E tiarn & nquifitionem di&i Capituli eas approbaœus & confirmamus: pnccipientes eas inviolabiliter cuftodiri, caique fub figillo noftro & capituli dc verbo ad verbum infert fecimus in hunc modum ·

I.

Statutum eft ut omnes canonici in fua inftitutionc jurent, quod lervent ftatuta & confuetudines ecclefiz, dc permutationem comitis forenfis. ta quçd nullo modo confentiant ut teri* ecclefi* a commutations: fratrum Deo ÔC fando Stephano in propriis perfonisfervfentium abftrahantur: dc quod nulli stentur, nifi clericis *in* eadem ecclefia continue relidentibus, dc quod nullus admittatur in caoonicalem focietatem: nifi illa juraverit.

I I.

Jurant etiam, quod in nullum clericorum dc corpore ecclefiz manus in/tcianr violentas, vel in habitationem, aut familiam ipfius.

I I I.

Jurent etiam, quod elecmofynam pro polle fuo adimplebunt.

I V.

Pro rcfidcnte autan habetur, qui procurationem continuam in,propria domo vel aliena fecerit, & in ecclefia fecerit feptimanam. AHi vero, qui de bonis ecclefiz tantum non habent, quod procura'iooem facere teneantur fecundum ftatuta ecclefi*, & habent certum hofpitium proprium vel alienum, & in ecclefia faciunt feptimanam, dc pro majori parte anni ferviunt in propriis perfonis, pro relidentibus habentur.

V.

Sunt autem in eadem ecclefia majores canoDici, dc alii minores przbendarii, dt iterum duodecim capellaniquorum nullus in fua inftitutione percipit beneficium temporale, przterquam quotidianam refedorii diftributioncm.

V I.

Bona vero canonicorum cedentium vel decedentium in commune refervantur, donec tantum dc bonis vacaverit, quod inde poflit commode fieri divifio inter fratres

V 1 I.

Statutum eft, dc perpetua inhibitione firmatum, nc fucceffiones in ipfa ecclefia de cetero fiant, dc ne refedoria *in* divifioncterraiumalicui in beneficium atlignentur.

VIII.

Item ftatutum eft dc juramento firmatum, ut canonico habenti m ipfa ecclefia ccc folidos reditus, fi de vavaflbribus fuerit, nihil amplius in divifiooibus laciendis de cetero detur, nifi infra annum a complemento redituum paedidorum convivium continuum fecerit, dc perleveraverit. Si vero de minoribus fuerit caftellanis, habens ab eadem reditus viginti libras, lupradiéiz fubjacebit obnoxius conditioni. Si autem de majoribus, fuerit, videlicet comitibus, ducibus live baronibus, habens ab ipfa ecclefia reditus triginta libras, przfatz conditioni fubracebit. Hoc idem ftatutum eft de przbeodariis, fi vj I. libras in reditibus ab ecclefia habuerint; dc de duodecim çapcllanis, fi centum fofidos in reditibus habuerint: quod videlicet nihil amplius percipiant, nifi infra -tinum a complemento redituum przdiâorum, convivium continuum faciant fic perieverent.

I X.

Item ftatutum eft, ut canonici, dc omnes alii qui in ipfa ecclefia habent przbendas, fi ad fcholas profitât fuerint, quamdiu ibi ftudere voluerint, plenam dc integram refedorii przbeodam habeant: nifi tales *fuerint,* qui ab ipfa ecclefia xv. libras reditus fint coifecuti, quibus przdiâa non erit concéda prxbçnda.

X.

Statutum eft, ut decanus, dc cuftos fandi Stephani, facrifta, dc magitter officium presbyterorum, dc archidiaconus, officium diaconi faciant, poftquam fuerint officia dignitatum adepti.

X I.

Item ftatutdmeft, ut nullus in numero duodecim tacerdotum admittatur, qui ecclefiam habeat vel teneat per fe, five per vkariuru perpetuum, vel temporalem t *& eo* ipfo quod in przdiâo numero admittitur, amittat ecckfiam, fi quam habet, fic patronus illiiq ecclefi* dc ea ftatim valeat ordinare: dc fi poftea ecclefiam receperit, eo ipio videatur renunciafie capelhni* noftrz.

X I I.

Statutum eft de morientibus, ut reditus fuos, a tempore.mortiWu* ufque ad annum percipiant. De tranfeuotibus vero ad religionem idem eft Conftitutum. Quod fi in archiepifcopum velGn epifeopum aliquis fuerit promotus; reditus litos amittit, poftquam dignitatem illam pleno jure fuerit aftecutus.

XIII.

Uni perforuc duo perfonatus non concedantur.

X I V.

In refeftorio cibaria & denarii, qui pro cibariis dantur, zqualiter dividantur.

X V.

Eleftus adfacrosordines, a quibus eligi debet quadragefuna die ante ordinationem, vel eo amplius przmonitus, fi recipere contempferit donec latisfcciat, in choro & relcôorio non recipiatur.

XVI.

Supra chorum antequam fubdiaconus fiat, nullus recipiatur: & ante nec vocem habet iti capitulo, nec aliquid percipit in divifione terrarum. Cum autem aliquis levandus fuerit fupra chorum habito fuper hoc traâatu in capitulo & licentia obtenta, fi fuerit de dextro choro levatur a przcentore, fi de finiftro fuerit, a cantore. Ordo diaconatus levat omnes canonicos fupra chorum, & quatuor de przbenJariis ecclefi* fcilicet dapiferum, panetarium, £incernam refeftorii, & magiftrum fcholarum. lrdo faccrdotalis levat omnes fupra chorum.

XVII.

Irem in choro Uugdunenfis ecclefiz nullus admittitur, nifi de legitimo mattrimonio natus, nec qui dc religione exierit: nullus etiam clericus admittitur, nifi habeat dominum de ecclefia, in *cujus* domo continue procuretur, qui a domino fuo per fe vel aliquem declericis fuis per jus przfentandus eft ecclefiz lanftz crucis, & ibi debet per duos menfes vtl amplius defervire. Poftea vero ecclefiz fandi Stephani debet przfentar», dc ibi per quatuor ad minus defervire. lu quibus duabusecdefiia, videlicet fanâz crucis, dt fandi Stephani, quz contigu* funt majori ecclefi», dt officia tua inchoant firnul cum ea, per didas vi. mcnles debet inftrui in modo legendi, pfallendi, cantandi, fupplicandi, intrandi, & egrediendi, dc aliis pertinentibus ad ecclefiz religionem. Poftmodum vero introducitur in majori ecclefia per cantores ejufdem ecclefiz, dc magiftrum, quibus eft prefentandus.

XVIII.

Poft quartum verfum primi pfalmi cujuslibet hone vel officii nullus debet intrare chorum, nifi

ANNO CHRISTI

'nifi in diebus qui non habent invitatorium: fcilicet in Ephiphania cum fuis oclavis, die ccenx Domitu Parafceves, & Sabbato fando; in quibus ad totum primum pialmum matutinum poteft intrari. Poftquam autem intraverit, non debet ibi (edere, cujufcumque (it dignitatis vel ordinis, nifi dum leguntur le&iones & refponforia, & officium mortuorum, ncc aliqua occafione debet exirp, nift fanguinem nafus ftillaverit, vd alia gravi infirmitate, vel necceflitate, proprii corporis urgente: que nift fuerit exterius manifefla, manu nafo fuppofita, & deguttatione fanguinis fimulata, exire * licet: & fi fuerit de fupra chorum, exire debet poft eum aliquis clericus de fub choro, caufa focictatis & fervitis, (i necefle fuerit, impendendi. Similiter a principio Miflx nique ad finem non debct aliquis in choro fédéré, nec etiam dum epiftola legitur; nifi cum fecrcta Miflx dicuntur: & tunc licitum cuilibet pro arbitrio vel federe, vd ftando verfa facie ad orientem orare.

X I x.

Canonici facerdotes, & duo cuftodes fandx crucis, debent Miflas Dominicas & matutinales ad altaria (anâi Stephani & fanât Joannis.- & nullus admittitur ad celebrandum in didis altaribus, nifi canonicus ipfius ecclefix, vd archiepifcopus, five epifcopus cujufcumque loci vel ecclefix, vel abbas ditrccfis Lugdunenfis Evangelium vero vel epiftolam nullus debet legere ad Miflas Dominicas, nifi canonicus. Singulis diebus Dominicis & feftivis, facerdeti canonico Miflam Dominicam celebranti debent afliftere duo minores facerdotes, vicarii duorum canonicorum fecerdotum, unus a dextra parte altaris, & alius a finiftia. Similiter diaconus evangelium leâurus, debet habere duos minores diaconos fibi hinc inde afliftentes fimilibus dalmaticis reveftitos. Similiter autem fubdiaconus canonicus debet habere duos collaterales iubdiaconos duorum canonicorum vicarios fimilibus tunicis reveftitos. Si vero diaconus canonicus, vel fubdiaconus evangelium vel epiftolam lefturus defuerit, & officium fuum per fe, vel per alium canonicum non fecerit, vel qui vicarium habere tenetur non habuerit: quot vxibus defecerit, debet tres libras cere pro fingulis defeâibus, luminaribus ecclefix applicandas · Item in majoribus feftivitatibus, *fcilicet* beatr Marix, & fimilibus drbent efle quinque facerdotes, & quinque diaconi, dc totidem fubdiaconi, in prxeipuis autem feftivitatibus, videlicet natali Domini, Pafcha, & Pentecofte, & natali fandi Joannis evangcliftx, & dic Ccenx, fi chrifma conficiatur, debent efle v 11. facerdotes, & vi t. diaconi, & totidem iubdiacom, Cc totidemceroferarii

X X-

A prima pulfationc qux fit ad matutinas, utque dum fin ta luerit Mifla & hora meridiana, & contentus exierit de ecclefia: fic iterum a lecunda pultatione qux fit ad horam nonam, uique dum finitum fuerit completorium, & conventus exierit: non debet aliquis de clericisecclefix in habitu fxculari tranlire ante eccleiiatn, vel manere in plateis qux funt >n facie, vel profpeftu ecclelix, nifi tranfeat equitando. Ad ultimam quoque pullationem cujuslibet hone vel officii, non debent clerici federe ante ecdefiam, vd infra ante chorum, fed in choro. Dum cantatur iu ccdcf.a a conventu nullus debet ante ecdefiam ftarc vel federe. Finitis horis vel officiis, dum conventus exit de ecclefia. qui officiis non interfuerunt, non debent apparere in ecckfia vel extra in locis qux profpict poflunt ab ecclefia, ftando, fedendo, vel aliquo modo; nec etiam in domibus ad fcneftras. Eodem modo cavare debent qui procctlioni nop interfuerunt, quando conventus in proceflionc exit vel revertitur, ne a conventu videantur, vel aliquo de conventu. Ex quo nox fuerit, in domo cujufquam laici vel ante fores ejus clericus non moretur, nec per vicum incedat. Si neceflitas coegerit, equotranfeat & non (olus. Qui autem contra fecerit, fi bis vel ter commonitus fe non correxerit, donec fatisfaciat, in choro & refcâorio non recipiatur.

ANNO CHRISTI

Si quis de clericis ecclefix die frfto extra villam fuerit, non debet clauftrum vel ecdefiam intrare, ncc procurationem habere ea dic, ncc eleetnofyn* pro eo. ' Si vero prxfensfuerit, & matutinis non interfuerit dic fefto, non debet per clauftrum incedere, nec in publicum exire, nec ad feneftras fc oftentare: & ea die procurationem amittit, & elecmofynx applicatur. Si autem duobus profertis diebus continue defuerit matutinis, quorum utroqueprxfcnsextitit: pofteriori dic nec chorum intrare debet, ncc in rcfeâorio procurationem habere, fed iterum eleemofynx applicatur, nifi infirmus fuerit vel minimus *

· uddt detur

· f. mintifu» id tJI, cu> vrws llwfa, 1.

XXI.

Statutum eft etiam, ut quicumque honores ecclefix, que obedicnttx apertantur, vel habent vel habituri fint, quot diebus in refeftoriô ex obedientir debito fratribus refeâioncm debent, tot menfuras filiginis qux mornantcG appellantur, minori eleemofynx, qux quotidie pauperibus erogatur, prxflare debent fit totidem menfuras, omni poflpofita occafionc, elecmoiynario ab ecclefia communiter inftituto, ufque ad feftum (andi Michaelis annuatim folvere tenentur. Quam annonam diâus cleemofynarius fideliter debet confervare, ut tempore famis pauperibus erogetur: dc in alios ulus vel ex parte vel ex toto non expendatur. Qui autem ftatuto tempore non folverit, ab ecclefia, & choro, & capitulo, exclufus fit.

XXII.

Si quis clericus de fupra chorum pro delíâo fuerit verberandus, a decano debet in capitulo verberari: alii vero de fub choro a cantoribus vel magiftro verberandi funt in ichola ecclefix.

Addimus etiam nos & didum capitulum fupradidis hoc flatutum.

XXIII.

Statuimus & juramento firmamus, quod quilibet canonicus, feu aliusbeneficiatus, non habeatur pro refidente, uec aliquid capiat indivifione terrarum, nec quotidianas diftributiones in fcholis, nifi per dimidium annum primo fecerit reudentiam in ecclefia noftra. Pio refidenti tamen tenebitur, fi teneat conduâum continuum, & perfeveraverit. Duo vero canonici, & unus de aliis beneficiatis, intelliguntur licere primam refidentiam, fi morantur cum domino archiepifcopo, vel jam morati fuerunt yer diftum tempus.

In cujus rei teftimonium, nos & capitulum prxfentibus litteris figilla noftraduximus apponenda. Datum anno Domini millcfimo ducentefimo quinquagefimo primo, mente Junn.

CON-

CONCILIUM SENONENSE

Cujus authoritate admonitus eft Theobaldus Navarrx rex & Campani® comes ut bonis ecdefufticis cederet, anno Domini MCCLII

/iljar fynodi mb;l extat prater monitionem ipfytm, cujus exemplum ex regio tabulario petitum Juhjicio.

Monitio concilii Theobaldo regi Navarrx fic Campani» comiti.

GIlo Dei gratia Senonenfis atchiepifcopus, M · Camotenfis. R, · Parifienfis. G ' Aurelianenfis. G ♦ Autiftiodorenfis. P' Mcldenfis. N 'Trecentis, eadem gratia epifeopi, Chrifliamiftimo in Chrifto illuftri viroTh.f Dei gra*'a rc8* Navarrx, Campanix & Brut comiti palatino, falutem, & finceram in Domino caritatem.

j.GuilMmm. «.Guido, «^NkoUii. 7 Thtobai- *>.

Cum alias ex parte concilii provincialis Senonenfis, per litteras noftras monitorias vos requilierimus *& rogaverimus,* ut ca qux de bonis ecdefufticis a quadraginta annis cjira acquifilis laifiri feceratis, defaifiri faceretis : & preces & monitio przJidx nondum fuerint a vobis elïeûum aliquem confecutx ; fed magis ac magis dc dic in diem adhuc inceiTanter in yoteftate Campani® faifiantur, necnon fic alia multa gravamina ecdefiis fic perfonis ecclefiafticis earumque hominibus inferantur contra immunitatem ecclefi» , fic ecclefiafticam libertatem, prout vobis Magiftcr Joannes de Ver nolio nuncius nofter ad hoc fpecialiter deftinatus plenius explicabit : ferenitatem veftram tenore prxfentium fie per praedidum nuncium authoritate prxdifti concilii rogandam duximus 6(monendam , ut faifita defaifiri faciatis, quoufque de jure veftro conftiterit evidenter, fic prx<tiftis gravaminibus defiftatis, fic veftrcs miolfteriales defiftere faciatis. Licet enim honori fic perfonx veftr® in quantum poffemus deferre velimus : omittere tamen non poflumus, nec debemus ; quin oppreflioni ecclefiarum, prout juris eft, fuccuramus . Sciatis pro certo quod jus veftrum abforberc non volumus fed potius ipfarumftclefurum indemnitatibus quantum cum Deo poffumus, fubvemre .

Datum Parifius die Veneris poft feftum S Martini hyemalis , anno Domini MCCLII *turn vsi. figiilis.*

aViWf VtfVf'ahfVa aMvVVx vMy#

^PARISIENS E CONCILIUM

Al». «>H· Àfie· i. Mur. V« Mon. «o. VII. ?. rod. I). Chauvelin Ex Manii Suppl, pag. •>»j.

decreta translatio capitule Camotenfis ad Meduntam,

Anno 1253· habitum.

MIlo Det gratia, Senonenfis archiepifcopus, R. Parifienfis , G Aurelianenfis G. Autifliodotenfis, B. Mcldcnfis , fit N. Trecenfis, eadem gratia epifeopi, venerabilibus viris & in Chufto dileftis R. decano torique capitulo Gtrnotenfi, falutem fic finceram in Domino cantarem I

Verfutiis humant generis inimici, qui nofte dieque circuit quxrens quem devoret eft a Chriftianis , Deo fidelibus, maxime ab illis quibus eft aliorum cura commitTa, prout videtur expediens, obviandum; prxfertim in loco, ubi idem inimicus fu® crudelitatis aculeos mini(horum fuorum pemiciofo officio prxfential'ter nofeitur exercere ut io tuto fit innocentia, fic refrenetur audacia malignandi, furorque in curfu exiftens Ixdendi , nocere nequeat, ut jam fecit. Cum igitur caufa necis horribiliter horrenda, pie recordationis R.. quondam cantoris Camotenfis, communi fic deliberato coofilio, concilii aulioritatc ad locum ipfum duxerimus recedendum, invenientes ex certis indiciis , fie conjefturis non multum dubiis, tutum non etie nec expediens Carnotcnfi ecclefix his diebus, quod moram ibi faciat capitulum , propter pericula qux inde potient contingere infinita; fic quia prodetic quandoque loci mutatio confucvit, ut innocentes ireuri, impiis nocendi opportunitate ablata, horis confuet.s fic debitis vadeatis Domino famulari i non fine cordis amaritudine fic dolore, fed quia via tutiori temper eft procedendum , approbatione provincialis concilii, fic confenfu maioris fit famous partis canonicorum CarnotcnGum inventorum ibidem, cum omnes eflent coram nobis vocati ad locum eumdem , ordinamus , quod capitulum Carnotenfc a Camoto infra feftum B. Thomx apoftoli proxime venturum recedat, fic apud Meduntam moram faciat, fic in ecclefia B. Maris cjufdcm loci ab epifcopo fic capitulo, fic *canonicis divina* officia cclebren-tur horis debitis fit foliiis in ecclcfia Carnotent, fic fuam primam reiidentiam faciant infra muros caftri ejufdem, ficut infra muros civitatis Camotenfis fieri confucvit ; nec in alio loco, quam apud Meduntam, capitulum faciant, feu de cleftionibus vel aliis negotiis fpiritualibus vel liecularibus ad capitulum fpeâanlibus tradent vel ordinent ; fed in loco prxdifto hsec omnia faciant, ficut antea facere confueverunt in Ecclcfia vel in capitulo Carnotenfi, nec aliquiscanonicorumCarnotenfiuin Carnoti moram faciens, vel alibi, nifi in locis ubi haâenus extraCarnoteniem civitatem coivfueverunt, percipere fruftus fiios, refidentiam fu® prxbend® .faciat, vel groflum ipfius preben-

Γ-ST tende feu dirtributiones aliquas percipiat; nec A regis, confidit. Et ex nunc excommunicamus in (criptis omnes illos, qui contra hanc ordinationdm noftram aliquid prrïumferint attentare. DatumParifius anno Domini MCCLIII. die Metcurii poft fertum B.Martini hyemalis.

"" "" "" officiat Carnotenfi ecclefiz vel altari, donec praediis fuerit ordinatum. Hunc autem locum eligimus quod in Camoteniidicereli fub fecura dominatione, videlicet domini

Chrestl a'Iu^ >,,j.

CONCILIUM WORMATIENSE

/a quo anathema dictum in adbetrentes Friderico Imperatos I.

Anno 1x53. habitum.

Ntiquus author Chronici Wormatienfis vul-gati a Ludewig. Rehq. to. 11. c. XXXIX. Concilii bujui hijiosiam hanc narrat. Convocatis omnibus de parte Willclmi in curia fua (tradit hxc de Siffrido Wormatienfi epifeopo qui Willclmi partibus adhzrcbat adverfumFridericum imperatorem, quem pontifex Romanus eeclefia & imperio privaverat) qui nominabantur timentes Deum, dulciter & arnicabiliier fatis ab illis confiliumquzfivit, quomodo iubveniendum effet fandz matri ecclefiz. Tunc illi unanimiter refpondentes dixerunt.* Aior *fecundum omnem pojfibilitatem nqfiram tibl & eeclefia afffiemus.* Quo audito Iztus faâus eft *epifeopus,* eo quod diffblvit colligationem civium fuorum. Et veniente exaltatione fandz crucis in dominica die, Cedit cum przlatis fuis in palatio ante curiam fuam, convocatis omnibus populis fuis ante le; dixitque tunc eundis audientibus .' *cunilas adherentes Friderico Ô" Conrado effe excommunicatot, ut pote tum obedlentel eeclefia Del.* Adum eft illud anno Domini millefimo ducentefimo quinquagefimo tertio . Statimque diffolvit *InterdiUum,* eo quod diffolviffet colligationem fuorum. Sed ut ut partialitas illa ab eo fada fortius iniurgeret, per quam voluntas fua fieret, ordinatum fuit, ut adhzrentes Friderico dicerentur *Hon timentes Deum,* exclufi ab omnibus eccle- fix &Chrifti (aeramentis. Dixit quoque idem epilcopus eodem die, ut *quicumque facerdot* celebraret , prius fe vertens ad populum diceret, *omnes ahureutes Friderico effe excommunicates , & nequaquam mifft participes effe, vel officio affiftere debere.* Item poft offertorium iterum jubebantur egredi adhzrentes Friderico, vel fi alit eos adeffe fcirent, expellerent ab eeclefia & adeffe nequaquam permitterent ; & fic multi ab ecclcfia expulfi receffenint . Item *epifeopus* ante fadus przcepit fzpe, ut nequaquam facramentum adminirtrarent alicui ex his przdi. dis, nifi in domibus confentientibus partialirati fur . *Vbi vero aliquls ex parte Friderici vel Coltradi filli trfirmabatur, non faila uniliane inungebatur , neque in coemeterio fepeliebatur. Ante tamen facra Eucbarifiia fufeeptionem compellebatur abjurare omnem Friderici imperatorie focietatem.* Item prohibitum fuit , *ut nullus ex fxietate epifcopi , qui , nominabantur timentes Deum, vifltarent aliquos in infirmitate conjiitutos vel alios.* Et fic omnia Sacramenta &Chrifti fidelium jura przdidis prohibita fuerunt & abrogata, qui de Friderici focietate fuerunt. Super hrc, omnia jura tam civilia quam fpiritualia illis prohibita fuerunt, ita quod omnia jura contra eos prolata effedum non haberent , & pro eis di&a omnino non valerent.

CONCILIUM (,) TARRACONENSE,

CHRISTI -"». CHRISΓ1 *",j·

Pr/êsidl Benedlcto Tarraconensl archlepiscopo celebratum.

Ex Card, de Aniinr Coa. Cil. Htlpan. *lom. I.*

Nno 1153. *6.* Id. Aprilis celebratum eft. Concilium in civitate Tarraconcnfi apud Benedidum Archiepifcopum. Ei autem fuam przientiam exhibuerunt Amaidus Epifeopus Ceiaraugullanus , Berengarius Gerundenfis , Vitalis Ofcenlis, G. llerdenlis, & procuratores aliorum . Interfuerunt etiam P. de Graviana Cartellanus Empoffz , & Jacobus de Timor tenens locum Magiftri domus Militiz Templi. In co ftatutum cft licere Eptfcopis provinctz abfolvere excommunicates fuarum dicecefeon: Archiepifcopum vero porte ahfolvere fubditos fuorum fuffraganeorum, qui ad eum venerint excommunicat!, ratione conftitutionis in Concilio Tarraconenfi edits contra invafores rerum & perfonarum Ecclefiafticarum . Tum conceffum univerfis presbyteris provinciz, ut fe invicem abfolverc portent fuper minoris excommunicationis lentenfia. *Baks*. lib.* a. *Marea Htfpa».*

CON-

(·) Canone» hujus aoncibi teges io Concilio TarracoMufi Mni

CONCILIUM RAVENNENSE

Ft Coffirtii t X'Xt

Quod Philippus archiepifcopus cum fuffraganeis fuis celebravit Mnno Domini MCCL 111. Innocentio IV. pontifice.

Alla exbibet Rubeus biflor. Ravenn. libro VI. in hunc modum.

In Chrifii nomine.

ANNO a nativitate ejufdem **MCCLIII.** tempore Innocentii **IV.** die Lune tenia exeunte menfe Aprili, XL Indid. Ravennae in choro ecclefiz archiepifcopatus, prae(entibus tefiibus ad hoc fpecialiter adhibitis, & roÉatis dominis, presbytero Bono, presbytero ernardo, Jacobo de Petrella, & Peppo de Caftelvitto, cardinalibus ecclefiz Ravennatis, fi< DD. Alberico przpofito, presbytero Amulpho, presbytero Ambrofio, Floro, Joanne de Morifano Aimerico fic Giczo cantoribus Sands ecclefia; Ravennae, dc me Benvenuto Cafarclli notario infra feripio. Nos frater Jacobus epifcopus Bononienfis, Fr. Gualterius epifcopus Faventinus, Thomas epifcopus Imolenfis , Bono epifcopus Comaclenfis , Albertus epifcopus Mutinenfis, Ricbelmus epifoopus Livienfis , & Joannes eledus Foropompilknfis, in przfentia venerabilis patris E>om. Philip Si, Dei gratia S. ecclefiz Raven, eledi, in ie beati Vitalis martyris, in archieptfcopali ecclefia congregati, volentes communi concordia & voluntate, tam indemnitati ccclcfiarum provinctz archiepifcopatus Ravennae falubriter confulete, quam reprimere malitias fit prefumptiones damnabiles perverforum hominum , invadentium, five occupantium temeritate propria pofiefiioncs, homines, fic juraec- . clefiz, & archiepifcopatus, feu archiepifcopi Raven. & epifeopatuum, & epifeoporum, fit. aliarum ecclefiarum, ac monafieriorum , vencrabiliumque locorum omnium provinciae fupraçriptz : cum dignum fit, ut quos Divinus timor a malo non revocat, faltem coerceatfeveritas difciplinz, ut ipforum malitia refrenata, ecclefiz gaudeant debita libertate: volumus, fic voluntate propria confentimus, quod didus dominus eledus Ravennas, contra rapto res, & invafores, ac illicitos notoriosdetentores bonorum fic /uriutn archiepifcopatus przdi-di, ac epifeopatum, & epifeoporum, fic aliarum ecclefiarum, ac monafieriorum venerabiliumque locorum omnium provinctz nominatz, qui funt in nofiris civitatibus fic dicecefibus confiituti, ccnfuram ecciefiafiicam poffit, fic debeat exercere: fententiam quam ipfe dominus eledus Ravennas contra przdidosduxerit proferendam, ratam fic firmam habendo ad mandatum didi domini eledi Ravennatis, denunciarc, ac exequi promittentes, fic ad hoc ut nos poflit compellere, dantes ei plenam fic liberam potefiatem. Quibus omnibus ego przc nominaius Benvenutus Cafarelli, S. Raven, ecclefiz notarius interfrui, fic ut fupra legitur, jufiu przdidorum dominorum epifeoporum, atque Foropopilienfis eledi, fic mandato przfati domini eledi Ravennatis, fubfcripfi ficpublicavi.

CONCILIUM APUD SALMURUM

* tJ. « Juhello , ftA male. Jom tium Remenar.bitrtfcepu. ex

a Petro * db Lamballb, Turonensi archiepiscopo fic fuffraganeis celebratum, anno Domini **MCCLIII.**

Ex duobus Mff. collegii Parifleufis S. J. quorum Altorum dedtt. V. Cl. ^Egidius Mcnagius.

TITULI CAPITULORUM.

25. De

ANKO CHKIST1 *5· β* nertnrbatirlini ftrlidi&anli eccl<fiafticn. ·*· executio jntnlitmm.
>7. Dt cletudefttnit matrimonils.
18. De tommendit ecclefiarum
19. Ut tplfcootu rectifias parocbiales tuu applicet menft fua·. (f ne m earxtn collationenwn penfioms fibl retineat.
30. Ne clerical leget aliquid fillo fpurie> vel concubina.
31. De prubendis facerdatalibur.
JX. L'l fiatuta provincialia predict(forum fuorum obferventur.

CAPITULA.

I.

De celebratione Divinorum officiorum.

NOs fandorum canonum & prxdecefforum noftrorum volentes fervare ftatuta, & ea quz vifitando provinciam Turonenfem, corredione novimus indigere, corrigere cupientes; vocatis venerabilibus fratribus, Turonenfis provinciz epifcopis, ac aliarum ecclefiarum przlatis apud Salmurum; de didorum fratrum confilio duximus ftatuendum; ut in locis collegiatis, & maxime in cathedralibus, dicantur hoTz canonicz horis debitis, cum omni devotione, folcmniter, & devote: nec prius pfalmi verticulum una pars chori incipiat, quam ex altera pratcedcns pfalmi verficulus finiatur.

I I.

DI euflodia focramentorum.

Verum cum a fandis patribus fit ftatutum, ut corpus Chrifti fub honefta & fida euftodia reponatur; & in aliquibus panibus Turonenfis provinciz illud minus decenter invenerimus cuftoditum: ftatuimus ut archidiaconi, archipresbyteri, & decani rurales, ad quorum officium dignofeitur pertinere, cum omni cura & folicitudinc illud faciant, & procurent fanduarium, fontes, oleum, & fandum chrifrna, clavibus adhibitis cuftodiri, & per loca populofa, & maxime civitates, venerabiliter deferri.

I I I.

Qualiter, à per quos, corporalia, trc. funt abluende.

Prxeipimus etiam, ut przdidi archidiaconi, archipresbyteri, & decani rurales, faciant & procurent per facerdotem aut diaconum fuperpcllicio indutum corporalia fzpeablui, dc in vate mundo ad hoc ipeciahtcr deputato omnes ablutiones, fi heri poteft, vel faitem primam, in pifcina reponi; & ut akaris linteamina, indumenta facer* dotalia, ab aliqua honefta matrona vel virgine, fine apportions aliorum pan* norum, quotiens opus fuerit, abluantur; & munda, & integra ferventur, cum in pluribus parochialibus ecclefiis provinciz Turoncufis immunda & dirupta a nobis & a noftris fociis fint reperta. christi

I V.

De fcribendo in quaternis res ér bon ecclefemm per arcbidtaconum.*

Statuimus aurem 3 quod concilium apud Vallem Guidonis a felicis recordationis Gaufrido* prxdeccflore noftro provida fuit deliberatione ftatutum, de libris, vaGs, veftimentis, & aliis ornamentis, & redditibus eeclefiarum, in quaternis archidiaconorum feribendis, ab archidiaconis inviolabiliter obferventur. Quod fi circa przdida omnia & fingula przdidi archidiaconi, archiprcsbyteri, & decani rurales, prout ad eos fpedare dignofeitur, negligences fuerint aut remiffi, & de hoc conftare poterit.- a dizcefano loci, ab officio fuipendantur. Nec prius relaxetur fententia, nifi folutis decem folidis pro qualibet ecclefia, in qua eorum negligentia aut incuria in przmiffis poterit reperiri, per diœccfanuin loci in ufus fabricz matricis ecclefix convertendis.

V.

De arcbidiaconir, arcbiprcsbyteris, ir detanti ruralibus, ad ordines promovendis.

Item cum facris conftitutionibus caveatur, ut archidiaconi fiant diaconi, & archipresbyteri, presbyteri: audoritate przfentis concilii fancimus, ut przdidi archidiaconi, archipresbyteri, & decani rurales, ad przdidos ordines infra annum fufeipiendos, prout eorum requirit officium, a fuis diceccfanis per fubtradione beneficiorum monitione canonica compellantur: & talibus conferantur, qui infra annum a tempore fufeepti beneficii velint, fciant, & valeant, in ordinibus quos requirit eorum dignitas defervire.

VI. N<

ANNO HRISTI r.j|.

ANNO CHRIbn

Vf VI.

Ne litet in etelejüt vtl tttnem partitibu

Inhibemus diftriûlus, ae caufz de cetero coram quibufeumque judicibus ordinariis, sut delegatis eorum, ineo cltfris aliquibus, & prxeipue in cathedralibus, aut earum porticibus, agitentur: cum propter litigantium clamores frequenter Divinum impediatur officium, & ob eorum rixas & difcordiasB quandoque fanguinis cffufio, homicidia, & alia mala, in ipfis ecclefiis ante earum faciem perpetrentur.

V I I.

fft archidiaconi ir alii proruibut (pjfcopis jua placita non teneant.

Prohibemus, ne quis archidiaconus, archipresbyter, aut alii minores prxlati jurisdictionem ecclefiafticam habentes, caulas audiant, feu placita teneant, prxfcntibus epifeopis fuis.· led longe ab ipfis faciant fuper his, quod viderint expedire.

'V I I I,

üt artbiditeoni it alit extra civiuhnt officiales no» habeant, tr dt quibus caufit nott togno/tant.

Cum olim a prxdeceffbribus noftris Caftri Honterii & Vallis Guidonis conciliis, fit ftatu'um, ne archidiacon'» archipresbyteri, feu decani rurates, & alii minores jurifdidionem ecclcfiafticam habentes, extra civitatem officiales feu allocates habeant, fed extra civitatem in propriis perfonis fuum diligenter expleant officium, & ne didi archidiaconi, archipresbyteri, & decani rurales, de caufis matrimonialibus, fimoniz, & aliis qux degradationem vel amiffionem beneficii, feu depolitionem exigunt, cognofcerent, nifi de fui pontificis mandato fpcciali; alias proceffus habitus coram ipfis nullius effer momenti : & hzc invenerimus in Turonenfi provincia minime cuftodita: audoritate przfentis conciliii omnibus & fingulis fratribus & cœpifcopis noftris injungimus, ut omnia prxditla fine diminutionc faciant a fubditis inviolabiliter obfervari, prxfatum per fe ftatutum, vel per alios, in ecclefiis parochialibus iux dicecefi publicantes.

/'jn·'iM' C1U. «· TumTm ··

IX.

Dt proenrationibur.

Non fine radice cupiditatis procedit, quod nonnulli prxlati provinciz Turonenfis, in prioratibus & ecdefit*, procurationem, aut aliquid nomine procurationis, recipiunt in pecunia numerata; & nihilo minus fubditos ad eos in eifdem locis procurando* compellunt, fic ab cis procurationem duplicem exigendo. Quod fieri diftrhftius prohibemus. Cum ratione vifitationis debeatur procuratio: inhibeipus diftri&e praecipientes, ut nullus procurationem recipiat, nifi a loci* dumtaxat vilitatis.

De numero canonicorum flatuendo, ér *fcfliambui prabendarnn» non facundtt.*

Innovamus flaturum in concilio Caftri Gonterii * editum de certo canonicorum numero in ecclefiis ftatuendo, in quibus certus numerus minime erat ftatutus : & ne ecclefiarum aut prxbendarum fierent icdiones, fed cum omni integritate conferrentur & ne aliquis ad vacaturam inftitutretur prxbendam : prxeipientes illud flatutum inviolabiliter in omnibus fuis articulis obfervari. Et quoniam decretum eft ia eodem, id quod contra fieret non tenere, & quidam de fa&o, cum de jure non poflent, ieiliones ecclefiarum fecerint, & etiam praebendarum ; quatenus contra predi&a ftatuta eft fadum, irritum revocamus.

X I.

Ne illegitimi ad canonicatum tatbedrtl. recipiantur.

Statuimus ne aliquis in canonicum ecclefix cathxdralis recipiatur, nifi fit dc legitimo matrimonio procreatus.

XII.

Dt fubfidio.

Statuimus ne prxlatus aliquis a fubditis fubfidium exigat, nifi neceffitas ex caufa manifefta dc rationabili hoc expofeat : & tunc cum caritate recipiat moderatum.

A materna exponant, & exponi faciant-;,-- I diligenter.

XIII.

Dt pcufiottibut non imponendit.

Licet filii a parentibus nutriri de> beant: aliquando tamen contrarium in aliqua parte provincia: Turonenfis invenitur, cum a prxlatis quibufdam rectores ecclefiarum adeo novarum impofitione penfionum graventur quod vix dc refiduo bonorum earumdem remaneat unde valeant fuftentari: quod multum longe a paterna pietate vide-B tur. Verum cum penfiones in Lattranenfi concilio reprobentur, nos paupertati prxdidorum reétorum compatientes, & prxdidi concilii adhxrentes .dden-* ftatuto, penfiones de novo impolitas in diâis ecclefiis fine jufta & rationabili caufa, de fratrum noftrorum confilio duximus revocandas : injungentes locorum dicecefanis, ut prxdi&os rectores non permittant a talibus penfionariis moleflari- Licet etiam de folvendis prxdi&is penfionibus juramento fint aftridi : przcipimus, ut prxdiftiC penfionarii per diacefanos ad remiflionem prxftiti juramenti faciendam per cenfuras ccclefiafticas compellantur.

X I V.

Vt rt&ulartf tagantur obfervarr fibl prajcripta m ltttcrlf pontificum .

Cum fuper ftatu rcligioforum ipfis per fummum pontificem ad plenum fit provtfum, prxeipimus omnibus abbatibus, prioribus, prxpofitis, ac bailivis,D univerfos ac fingulos articulos, prout in litteris Cummi pontificis continentur, ab abbatibus, prioribus, prxpofitis, bailivis, monachis clauflralibus ac convertis, inviolabiliter obfervari : injungentes in virtute obedientix fingulis locorum dicecefanis, ut fi prxdidi abbates, priores, prxpofiti, bailivi, aut monachi chuftrales, circa obfervantiam prxdi&orum négligentes extiterint, aut remifli, pcenas in eifdem litteris comprchenfas eisdem infligere non poftponant.

X V.

Vt ttdtw littera habeantur In fingulit abbatilt materna lingua expofita .

Prxeipimus etiam in virtute obedientix, ut finguli abbates in fingulis fuis abbatiis litterarum tranicriptum habeant prxdictarum, & carum tenorem lingua

XVI.

Vt MWMtfi *pofeftontm* aon Àak*as.

Statutum editum apud CaftrumGontcrii nc monachi, nifi fine in ad-' miniftratione conftituti, habeant aliquo colore pofleflionem, vel aliquam proprietatem, etiam de licentia abbatum, cum licentia abbatis eis in hoc non valeat fuffragari; & quia abbates, fi contra prohibitionem ifiam fecerint, per fuperiorem graviflime puniantur : przfenti concilio duximus inorandum.

XVII.

AV *tcUglofi fttularla placita audlant.*

Item inhibemus ne religiofi, baronum, militum, aut aharum fxcularium poteflatum caufas aut placita audire, aut de his intromittere ic przfumant.

XVIII.

Λὐ' fittularibut dentur lata religl»fa.

Statuimus ne abbates religiofa loca, ctiamfi folitaria fuerint, ad tempus, aut quoad vixerint, laicis concedant: fed talibus conferant, quod prxdida loca debito fervitio * non fraudentur. officio.

X I X.

Vt fupplcatur anti^uut numerut monacborum.

Provideant epifeopi folicite, prout invenimus a pix memorix Gaufrido prxdccetfore noftro ftatutum, & male ab abbatibus cuftoditum, quod in prioratibus, monachis aut clericis concef-fis, fuppleatur antiquus numerus monachorum. ad quem fupplendum & reponendum, abbates per diceecfanum loci cenfura ecclefiaftica, fi necefle fuerit, compellanturnifi aliquid rationabile propofuerinc & probaverint, per quod ab hoc, merito debeant cxcuUri.

X X.

Vt abbuttt novat penfiones prioribus turn imponunt.

Abbates antiquis penfionibus prioratibus impofitis fint contenti, ncc novas

vas in «ifdcm attentent imponere feu antiquas etiam augmentare. Et fi que de novo ab eis vel przdecefloribus fuis fine impolite, praecipimus ut ad eas revocandas, & remittendas, per pro* prium epifeopum compellantur.

XXI.

Ne prloretul vetenttt, bonir fuit nundenrur.

Item ftatuimus ne abbates, cum con* tingit priores fuos cedere, aut decede*] re, prioratus bonis fuis audeant denudare, led iskem tantum de przdiftis bonis, futuris prioribus dimittant, ipod ipfi fratres & familia, ufque ad uturam colledam, dc eifdem competenter fuftentari valcanV, & domus prioratuum refici, & in ftatu debito confervari.

XXII.

Ne fult depofltum fecitt entre]ueae etekflera eut taenefialutn. ‹

Prohibemus fub poena excommunica, tionis, ne quis abbas, prior, vel alia religiofa perfona, depofitum faciant extra fuam ecclefiam, monafterium, aut prioratum.

XXII!.

Vt cecltfiafliti taertimoniollo non txerteant.

Item prohibemus diftride, ne przlati, facerdotes, vel alii clerici bénéficiât!, mercimonialia, vel alios turpes contradus ineant, vel exerceant per fe, vel per alios, nec partiantur in talibus, vel focietatcm * de talibus contrahant, cum frequenter fub colore tali ufurz graviffimz committantur.

XXIV.

Vt jetdicet titlefle/hel poteflettm titendl^ flat ltitent pluribut indi/linflc non committent.

Item quia nonnulli judices ecclefiaftid cupiditate dudi, difcurreodo per fuas diœcefes, fen archidiaconatus, vel archipresbyceratus, feu etiam decenatus, fingulis presbyteris fibi fubjedis, vel pluribus eorum, poteftatem citandi quos voluerint committunt, cum per hoc tot videantur habere judices vd allocates, quot funt pro tempore citaeores: ne hoc de cetero fiat, ftatuimus &. prohibemus.

XX V.

De ptrtarbetorlhts jurltâltliotili ttdt-Jufllt».

Inhibemus etiam fub pcena excom. municationis, ifto (aero approbante concilio, nc quis jurifdidionem impediat ecclcfiaflicam, dt ne minis aut terroribus, feu per captionem rerum aut corporum, litigantes fuper rebus ad forum ccclcGafticum fpedantibus, revocet a foro przdido, cum perviam iftam rigor ecclefiafticus, & jurildidio nequiter enervetur: przcipientes fingulis diœcefanis, uc przdidum ftatutum per ecclefias parochiales faciant publicari, & illos qui contra fecerint, monitione przmifla, cxcommunicatos publice nunciari.

XXVI.

Vt non impedletur cutcutlo fattentlerunt.

Item cum nonnulli volentes ardare & diminuere jurifdidionem ecclcfiz, iCDtentias latas a judicibus ecclefiafticis exeeutioni demandare reculent, & penitus renuant *; five etiam przdidas exeeutiones, per alios qui non funt de jurifdidione judicum, impediri faciant & procurent & affedent·· cum nihil prout litigan'ibus, fi feratur pro ipfis fententia, fi non demandetur exeeutioni: prohibemus fub pcena excommunicationis, ne quis de cetero talia attentare przfumat, przcipicnics, ipfos qui contra fecerint, legitima monitione przmifla publice denuntiari cxcommunicatos.

XXVII.

De clendefiittit merriraonilt.

Item cum per matrimonia clandeftina, a fandis patribus non fine caufa prohibita, frequenter conjungantur non conjungendi, & przter detrimentum animarum, quod incurrunt fic convidi, rixz, contentiones, & guerre inter confanguineos & alios oriantur, & quandoque committantur homicidia. prohibemus firmiter, ne fiant hujufmodi clandcftina matrimonia: ftatuentes ifto facro concilio confentiente, ut perfonz ecclefiafticz, presbyteri, & alii clerici, qui talibus matrimoniis in-

"anNo"terfint, vel iui» ecclefiis feu capellanii» cHRisii talia fieri permittent* officiis &. bene* fichs per triennium ipfo fallo fine fufpenfi. necnon perfonx taliter contrahentes, ad arbitrium fuorum epifeoporum pecuniaria poena puniantur.

XXVIII.

Dt cotntlfndlt excleflarual.

Item nonnulli epifeopi, & alii prxlati, propriis lucris & commodis fuorum inhiantes ecclchas parochialcs, quae proprios poffunt habere facerdotes, clericis & aliis perfonis, ecdefiaflicis, habentibus alias ecclefias parochiales, vel competenter bénéficiât!», ut poflint eos pluribus onerare beneficiis, commendant unam, vel duas ecclefias parochialcs, in animarum fuarum periculum & fcandalum plurimorum: ut fic abeant commendatas, quas fecundum canones habere non poffunt intitulatas, quod fieri dc ceteroC prohibemus ftatuentes ut qui taliter ecclcfias commendatas recepit, vel de cetero receperit, careat ecclefia fic com* mendata, & conferens, poteftate conferendi illam ecclefiam illa vice fit privatus.

XXIX.

[7/ eplftepul tltleflat peretblaltt Hβη applicet mtnfn fua: & nt In terant tollettant O nanti ptnflanet fibi retintet

Item cum cultus Divinus ampliari debeat, non ardari; nonnulli epifeopi ecclefias parochiales in redditibus abundantes, qux plures pollent habere fervitores, diminuto vel arâato numero fervitorum, prxdi&as ecclefias appropriant menfz fux, licet fufficiens fit, vel debeat fufficiens reputari, fic temporale fpirituali prxferendo. Quod fieri de cetero prohibemus, nifi cum confilio metropolitan!, & aifenfu capituli proprii. Quod fi aliter fadum luerit, illud cx tunc denunciamus irritum dc inane. Et ne ipfa collatione parochia-

Alium ecdefiarum novas libi retineant penfiones, vel antiquas, quas in ecclefiis prxdi&is percipiunt, augmentare prxfumant. Quod a quibufdam minus caritative fidum efle dicitur, firmiter prohibemus · illud quod contra fadlum fuerit, irritum decernentes.

XXX.

Nt clericut legtt allfttH fili» fpnrlo9 ul concubi/u.

Item innovamus concilium Turonenfe quod eft tale: Prrfenti» authoritate concilii prohibemus, ne quis beneficiatus clericus, vel in facris ordinibus conftitutu», aliquid legare prxfumat filio fnurio, feu proprix concubins, ia ultima voluntate. Quod fi fecerit, non valeat, fed ecclefix applicetur.

XXXI.

Dt prnbtndlt feccrjotalibur ·

Statuimus, ut omnes habentes facer· dotale» prxbendas in cathedralibus, vel collegialibus ecclefiis, ibidem ia ordine facerdotali deferviant, aut per dioecefanum illis priventur, & aliis conferantur, qui velint dc poffint in eodem ordine defervire.

XXXII.

Ut /Intuta pmlnclcfa pradttt^erum fuorum abfementur.

Diftri&e prxeipimus fub pcena excommunicationis, omnia ftatuta provincialia prxdccefTorum noftrornm ab omnibus inviolabiliter obiervari.

Aftutn in pleno concilio apud Salmunnn, in abbatia beati Florcntii, die Martis, poft feftum Beati Andre» apoftoli, anno Domini millefimo duccntefimo quioquagefimo tertio.

G. C. Concilium hoc Jommki Mmw . d. al calcem Mecropolitane fue Turonenfi», tribuit uno mcc xuii. Ego vero anno Mccuti- ex duccum MSS. fide, fit «Uocum V* ridit L. BocteUuc, q«e» ui hoc quoque aurtarem fagaor !

CON.

ANNO ghr is ri •»»|· «»*e=*«Wfe=®*e=»«e=»c5e=!R«=*i/<=si*=srtt=» ΛΚΜ, ‹i mis il «M,.

CONCILIUM APUD CASTRUM

G O N T B R I I.

A Petro dc Lamballe, archiepifcopo dc fuffraganeis celebratum anno Domini **MLCL111.**

Canon unicus.

De *obnfcribut litterarum tpo/lolicerum.*

QUoniam quamplures non oblervantes conftitutioncm Gregorii IX. papa:, quz in novis decretalibus in titulo de refcriptis ultima infcribitur, & incipit, I2*»e *nonnulli,* multos contra ipfius conftitutionis tenorem vexare przfumunt: nos authoricate provincialis * concilii cxcommu- • *at* iu coacdii meamus omnes illos, qui a raicha proxime venturo in antea, talia prxiumpierint attentare. Si vero vexatus A contra tenorem conftitutionis ejufdem, • vexatorem fuum in caufam duxerit • *Al-* in par vel traxerit contra ipfius conftitutionis *'m ζ''4'0' tenorem, ipfum hujufmodi excommu- in «xumJuxen,vel, nicatioms fententia volumus non ligari. Et ne per ignorantiam in hac parte fe poflit aliquis excufare: prztipimus hzc omnia fupradifta in parochialibus ecclefiis denunciari publice fingulis diebus Dominicis ac feflivis.

B Attum apud Caftrum Gonterii in concilio provinciali, anno gratia: millefimo duccntcflmo quinquagelimo terno.

gy WESTMONASTERIENSIS CONVENTUS

An. «»,j. Kxrai ap. V.lkies. r. i. p. ,,j.

In yη fmttntle ftrtxr ndvtrfui llbtrtatxm lccltflaftlcantm vulatorts,

Ánuo txyj. habitus.

£x *ftgi/lr. Gtffard. 9tgom. tptfr. fol.* x8.

Maoti ^ppi· P*s UNivcrfis Chrifti fidelibus, ad quos przfen- tes litecx pervenerint, magifter nugo de Moi tuo Mari, officialis curia; Cant, falutem in Domino fempiternam. Noverit univerfitas veftra, de verbo ad verbum nos infpcxiflc literas apoflolicx fedis, non vitiatas, non cancellatas, nec in aliqua parte abolitas, vel corruptas, tenorem hujufmodi continentes.

Innoceminsepilcopus, fervus, fervorum Dei, venerabilibus fratribus, univerfis arehiepifeopis epifeopis regni Anglix, falutem & apoftolicam beneditttonem. Cum a nobis petitu: quod juflum eft & boocftutn, tam vigor xquttatis, Ïiam ordo exigit rationis, ut id pet folicitunem officii noftri «d debitum perducatur effottum. Cum itaque, ficut ex parte veftrafuit propofitum, coram nobis, vos cupientes, prout ad veftrum fpettat officium, libertatem ecclefiafticatn in regno Anglix illibatam ab omnibus lervari, cum voluntate & beneplacito chariflimi in Chriflo filii noftri, illuftriflimi regis Anglix, in omnes illos, qui maluiofe ac fcientcr ecclefias ipfius regni tuo jure privaverint, & fpoliarint, dc libertates eccleiiaflicas, & antiquas regni confuetudines, dc prxctpue dias libertates & liberasconfuetudines, quxcontinentur in chartis communium libertatum, & de foreftis concedis a ditto rege, vobis ac aliis ejufdem regni prxlatis, violaverint, infregerim, diminuerint, feu mutaverint, dc qui contra illa ftatuta ediderint, vel edita obfervarint, conluctudines introduxerint, vel fervavermt introduttas, nec non in feriptores, exe- CcuiOres, & confiliarios flatutorum ipforum excommunicationis fentcntias duxeritis proferendas, prout io literis fuper hoc confettis plemus continetur,- nOs, veftris iupplicationibus inclinati, quod a vobis periode fattum eft io hac pane, ratum habentes & gratum, id de fratrum noftrorum coniilio, auttoritate apoflolica confirmamus, fit prxfentis feripti patrocinio communimus, tenorem literarum ipiarum prxfentibus inferi facientes, qui talis eft.·

Autoritate Dei omnipotentis Patris, Filii, & Spiritus S., gloriofx virginis dc Dei genitricis Marie, beatorum ·Apoftolorum Petri dc Pauli, omniumque apoftolorum beati Thomz archicpifcopi & martyris, omniumque fandorum martyrum, beati EdVardi regis Anglix, omniumque fandorum confcflorum, atque virginum, omniumque fandorum Dei, nos B. miferatione divina Cant, archiepifcopus, Anglic primas, F. London. H. Elienf. R. Line. VF. VFigorn. VF. Norqr. P. Hereford. VF.Sarum. V/. Dublinienf. R. Exon.S. Carliol. W. Barbon. L. Roffenl. Th. Menevcn. epilcopi, £dc affenfu & voluntate venerabilis Patris W. Dei gratia Ebor. archicpifcopi, anathematizamus, & A limitibus fande matris ccdetur fequeftramus omnes illos, qui a modofcienter& malitiofe ecclefias pervaferint, & fpoliarint fuo jure. Item omnes illos, qui eccleiiaflicaslibertates, vel antiquas regni confuetudines approbatas, dc prreipue libertates & bbaras confuetudines, qux in chartis communium libertatum, dc de forefta continentur, a domino re-

ge

cr ge conceflis srchtepifcopis, epifcopia, & cctc-ris Anglic praelatis, comitibus, barooibsM, mi- & teeendbus, quacunque arte re* ingenio violaverint, infregerim, diminuerint, ieu mutaverint' clam vd palam, fcrip«o, verbo, vel confilio contra illas, vel earum aliquas in Guocunque articulo temere veniendo. Item omnes illoa, qui contra illa vel earum aliquas ftatuia ediderint, vel odita fervaverint, confaetudincs introduxerint, vel favaverint introduâas, fcriptorcs etiam Astutorum ipforum, nec non & confiliarios, fit executory, & qui ea przfumpferint indicari. Qui omnes & Cinguli fuperius memorati hanc noftram fcntrntutn incurfuros fe noverint ipfo faâo, qui fcienter aliquid comtnifcrint de praediftis. Qui vero ignoranter, nifi commoniti infra quindenam a tempore commonitionis fe correxerint, & arbitrio ordinatorium plena fatisfecerint de committis i ex tunc fint hac fententia involuti. Eadem etiam fententia innodamus oranes illos, qui pacem regis, & regnipntiumpfetint perturbare. In cujus rei memoriam fan* piternam nos figna noftra pneientibusduximus apponenda. Aft. m majori aula regia apud Weftm. An. D. MCCL111. 3. Id. Maii fub potientia dc aflienfu Hcnr, IΛi gratia regis Anglia illuftris, & dominorum R. egregii comitis Coroutine fratrts fui, R. com. Norfolk dc marefchaHi Anglie. H. com. Herefords H. com. Oxford., & J. com. MParric. dc aliorum optimatum Anglia ad hoc quafi ad concilium fpccialiter vocatorum. Nulli ergo omnino homini liceat hanc paginam nottrst coofirmatiooi* infringere, vel ei aufu temerario Bcontrarie. Si quis autem hoc attemptare prsiumpferit, indignationem omnipotentis Dei, dc beatorum Petri dc Pauli apoftolotum «jus fe noverit incurfurum. Dat. Anagn. ». calendar. Octobris, pontificatus noftri anno xn.

oiRKTi ••>ı·1

ANNO c^u$ri *****

LUCENSE CONCILIUM D1OECESANUM

AGubbigo Lucensi episcopo

Anno 1253. habitum.

Chtrciut. L* Aucofrtpho in ubul. Ep. Lo.cn.

C(Jm nos G. D. G. Lucenfis epifcopus ad laudem & honorem dc gloriam nominis Jefu Chrifti przientem fynodum duximus congregandam, pro eruditione fubditorum noftrorqm, correptione errorum, ac informatione virtutum, ncc non & bono ftatu omnium ecdefiarutn noftrarum, & etiam clericorum, atque pro falute totius cleri nobis committi, volentes fubdicos noftros ore inftruâos, pudicos, pacificos, & modeftos, quzdam deconfiliofratrum noftrorum duximus ftatuenda. In primis fi quidem ftatuimus, ut in omni ecciefu divivina officia noâurna, atque diurna competenti diligentia cotidie celebrentur; qu6d fi ornniffum fuerit in aliqua ecclefia, ejus reâor, dc qui omifarit, iuperioris arbitrio puniatur.

Omnis reâor ecclefiz habeat temper ad minus, unum fcolarem, qui cantare fciat & legere competenter, cum pnemifla conftitutiode divinis officiis celebrandis nequeat obiervari.

Ornamenta ecclefiattica tam Sacerdotum, quam altarium munda follicita diligentia conferventur, & pnefertim corporalia quz quidem nitidiflima & fine fraâura pracipimus retineri, cum abfurdum fit, ut ornatiora fintveftra corpora, quam altaria; & qui mundis veftibus extra eccicfiam nos cooperiamur, immundis in ecclefia fordidemus.

Corpus autem Chrifti in capfa, vel pixide munda fub clavi firmata & iuper altare appenfa aut etiam in facrario, ne ab indiferetis, vel beftiis tangi poflit, cum multa reverentia teneatur.

Chrifma etiam fub firma cuftodia taliter confervetur, ne ab aliquibus traftari poflit fine licemia przlati vel honeftz perfona:, qus ad cuftodiam ipfius chrifinatis fuerit deputata.

In celebratione miflanim, maxime publicarum, ialu m dum ficreta dicitur, candela temper arôe;>t in altari. In plebibus autem il aliis ecclefiis collegiatis fuper holism &. calicem iempet fiat incenium, cu.n 'I tam parvo Cfieri poflit impendio, quod paupertatis prntextu vix fe valeat aliquis cxculare.

Nullus praelatus, five re&or ectlcfis, aut hofpitalis parochianis fuis, nullufvcmonachus, vel clericus faecularis, aut monacha fuis fratribus, vd fororibus comeftiontm, feu aliquid loco comeftionis pro fuo ingreflu, pretextu cujufcumque confuctudinis exhibere przfumat, cum id periculo efle dantibus, d(przcipientibus * videatur, utpote, fimoniacam fapienspravitatern. Qui vero exhibere pradumpferint, fufpendantur ab omni ecdcfiaftico otheio dc beneficio. ExaAorcs vero fi pertinaces in exigendis extiterint, excommunicationi fubdantur.

Nullus Sacerdos aut dericus in facris ordiDnibus conflitutus, habens eecleGafticum beneficium per civitatem aut vicos five plateas incedat, quin exteriorem veftem habeat claufam, nec ullatenus utantur dc nimio coloris fulgore, feu fplcndore notandis, nec bottonibus in manicis, vel ad peftus; fedad is autem rubeis, glaucis, viridibus & fanguineis non utantur, & capas manicatas, aut guafcappas ad divinum officium in ecclefia garantfi canonicam volent effugere ultionem.

Nullus clericus beneficium ecclcfiafticum dc laicali manu recipiat, vel in laicali manu refignare pnefiimat, cum rerum ecclefiafticarum nulla fit attributa potcftas. Si qui autem fecus attentare prasfumpfcrinr, recipientes privenEtur beneficio fic recepto; refignantes vero feeundum noftra: prudentia: arbitrium puniantur,

Nullus habens* ecolcfiafticum beneficium ad aliud beneficium ecclefiaflicum aflumatur, nifi fafta refignatione prioris in manibus illius ad quem inftitutio Ipfius ecclefiz nofeitur pertinere; & fi primum retinere contenderit cum fecundo, utroque ipfo jure fit privatus; nifi per Romanam ecclefiam, feu per no» cum eo fuper hoc fuerit difpenfatum. h vero ad quem pertinet inftitutio, inftitutionem facere non audeat, nifi prius conftet fibi dc refignatione prio-

I ANNO CHRffTt

prioris ; fi contra fecerit, noftro arbitno pu-A niatur.

Clerici, qui ad facros funt ordines promovendi , diligemer examinentur per cos, qui ad boc fuerint deputati, quod ut rite fieri pofht IV. V. fie VI. feria, ubbathum quatuor temporum prxcedentibus a plcbanis fuis perfonaiiter prxfrntentur, ut dd ipforum vita , licicotia, conditione, fic virtute conflare valeat eo rumdem teftimonio plebanorum. Quod fi forte aliquis ipfonun plebanorum venire nequiverit , canonica prxpeditionc detentus , clericofuos, quos ordinare voluerit, cum literis fuis de ipforum vita, fcienria, conditione, fic nativitate teftimonium perhibentibus, ad nos mittat cum aliquo de Gapellanis aut clericis fuis B bonx famx, fic converfationishooeflx, qui nobis eos, feu examinatoribus deputatis, ipfius plebant *vice,* feu nomine, rcprxfentent.

Si quis Sacerdotis filius, aut alius ex fornicatione natus, difpcnfatione non obtenta, facrum ordinem clanculo furripuerit, hoc ipfo fit excommunicationis vinculo innodatus, fic etiam poft abfolutionem obtentam maneat tamdiu ab ordinis fic furrepti exccutionc fiifpenius, donec difpenfationis gratiam potuerit obtinere, quod etiam dc iis, qui fine certo titulo fe clanculo fecerint ad facros ordines promoveri, decernimus obfervandum. Si qui vero fcienter ad facros ordines prxfentaverint filios facerdotum, fic alios ex fornicatione natos, C tacito quod fint tales, ipfos ex nunc excommunicationis lententia innodamus.

Qsoniam quidam laici de non recipiendis oxoribus fuis; fit quaedam mulieres de non recipiendis maritis legitimis temeraria foleant facere juramenta, qux perjuria funt, nihilominus appellanda ; prxfenti decreto ftatuimus ut omnes five mares fuerint, five fœminx, qui de extero fecerint hujufmodi juramentum, ôc qui eis in hac perverfitate adftiterint, conficiendo fuper hoc publicum inftrumentum ; aut locum teftis etiam obtinendo, feu etiain alias operando, quod hujufmodi juramenta multo melius perjuria commutantur, hoc ipfo fint excommunicationis vinculo innodati, iliique nui- D latenus ligati hujufmodi juramento agant poenitentiam de perjurio ex fe fe repetant, non obilante hujufmodi juramento, cum juramentum efle non debeat iniquitatis vinculum, fed adminiculum veritatis. Ne autem aliquis per ignorantiam valeat excufari, prxeipimus ut hoc noftrum decretum quater in anno iolemniter publicetur.

Ah hxc ftatuimus, ut omnes hofpitalarii in una refettorio comedant, in uno dormiant dormitoria, ita quod mulieres luum dormitorium, fit fuum refeâorium habeant feparatim, quod etiam in collegiatis ecclefiis prxeipimus obfervari, fi commode poflunt domum ad hoc competentem habere.

Item ftatuimus, ut nullus de alieno epifeopatu ad regimen, vel in clericum alicujus ecclefix noftri epifcopatuseligarur, feu etiam admittatur abfque noftra licentia fpeciali, fic fi contra faflum fuerit, illud decernimus non valere.

Si quis clericus fxcularis vel religiofus, habens beneficium ecclefiafticum in civitate vel diœcefi noftra, fe ab alioepifcopo, velarchiepifeopo abfque noftra licentia fecerint ordinari ab exequutione ordinis fic fufccpti ipiumduximus fuipendendum.

Nullus clericus in facris ordinibus conftitutus, auc alius clericus obtinens ecclefiafticum beneficium, concubinam, nec aliquam fecum in don» vel extra domum , dc qua fit vel fuerit, auc finiftra fufpicio poflit haberi, habeat mulierem, nec admittat eam ad aliquod fervitium in canonica ecclefix, nifi mater, vel amica ejus fuerir, aut foror; & qui nunc renet eam in domo vel extra, monemus ut illam infra quindecim dies a fe debeat removere, ipfam, jel aliam ulterius minime admiflurus, & qui contra fecerit, ipfum a divinis officiis, fic beneficiis ccdefiafticis fufpendimu», fic fifufpenfus prxfumpferit celebrare divina, vel behciorum ecclefiafticorum adminiftrationi fe immifcuerit, ipfum ex nunc ah^iifdcm beneficiis jjcrpctuo amovemus. Plcbahi quoque, ac Vicarii, fic coadjutores eorum hacconftitutionem obfervent, fic faciant a fubditis fuit obfervari, fic nobis prt fe, aut per literas fuas referant eos, qui fecerint contra eum ; alioqin fecundum noflrum arbitrium puniantur.

Item cupientes, ut beneficia ccclefiaftica in civitate, fit diœcefi noftra rite ac fecundum fanâioncs canonicas habeant, ftatuimus, ut de beneficiis ecclcfiafticis nullx fiant pa&iones in civitate fit diœcefi memoratis; fic fuper hoc monemus univerfos, fic fingulos fubditos prxdiflos, qui pa&tones prxdiâas fecerint, vel fieri confenferint, vel opem, feu operam dederint ut fiant, excommunicationis fententiam proferentes I

Irem cupientes ecclefiarum utilitatibus pro* videre (latuimus, ne quis rcâor alicujus ecclefix > vel loci rcligiofi, vel alia quxcumque pertona civitatis, vel dicecefis Lucanx alienet, vel pignori obliget pofldlionem aliquam, vel thefaurum, feu proventos nondum *habitos* vendere ad tempus alicujus ecclefiac, vel loci rcligiofi civitatis vel diœcefis prxdiâx abfque no ftra licentia fpeciali, qux apparet in feripturt figillo noftro fignata ; ôc. monemus omnes fic fingulos, ne contra prasdiâum ftatutum aliquid debeant attentare in omnes fic fingulos, qui contra fecerint, vel fieri confenferint, alienando feu pignori obligando, vel recipiendo aliquo titulo alienationis, feu pignoris aliquid de prxdiflis excommunicationis fententiam proferentes; ac etiam decernentes irritum fic inane, ac penitus non valere quidquid contra diâum ftatutum fuerit attentatum.

Item ftatuimus , ne rcâor alicujus ecclefix vel loci religiofi noftrx civitati* vel diœcefis debitum contrahat nomine ecclefix fux ultra iummam fibi conceflam vel concedendam a nobis, fic f> contraxerit pronunciamus contraflum ipfum penitus non valere, fic cxtalicontraâu in nullo fuam ecclefiam obligari.

Item prxeipimus abbatibus, Prioribus fic plebanis univerfis, ut prxdiâas noftrascooftitmio- E nes editas infra refurreâionis Dominicx proxime nunc venturum habere fic eam ad minus bis ia anno legere fubjeâis fuis, fic exponere diligenter.

Leâx fuerunt fic publicatx conftitutiones prxdiftx in fynodo clericorum civitatis fie diœcefis Lucanx, congregata Luce ia cathedrali ecclcfia S. Martini, pnefentibua Dominisarcbipresbitero Gerardino Guidone de Porcari, Canonicis Lucenfibus fic pluribus aliis Anno Domini 1153. IV. idua martii indiâ. XI.

à

I.

VITA
ET EPISTOLÆ
ALEXANDRI PAPÆ IVa

ALexander quartus, cui, tefte abbate Stadenti, Rainaldi, vd, ut habet Onuphrius, Rolandi nomen fuerat, patria Anagninus, nobili comitum Signiz familia natus, Innocentii tertii & Gregorii noni, a quo cardinalis creatus eft, propinquus, ex epifeopo Ofticnfi & Veliterno, decimoquinto die poft obitum Inuocentii, evedus eft in thronum apo itolicum & cathedram Petri, 15. Decembris, iplo die nativitatis Chrifti, anno falutis humani 1x54. regnante MFilielmô*Hollandiz comite, quem coronz imperialis accipiendz gratia Romam abiturienrem Fiifones anno feptimo regni occiderunt. Manfredum, qui fibi titulum regni Neapolitani ufurpaverat, anathematizavit. Ad Venetos Philippin Fontanefium Ravennatem archiepifeopum nufit, qui contra Ezrlinum tyrannum przdicaret. Poft aliquot tandem obtentas vidorias eo mortuo, tum demum res Syriz Alexandro cordi effe cœpetunt; quas tamen ad exitum deducere non potuit, propter diffenfionem inter Venetos & Genucnics exortam, unde graviftimum bellum fecutum eft. Alexander igitur tanto malo occurrere ac mederi ex paterna commiferatione delidcrans, ubi fandam Claram ordinis fandi Francifci inter divos retuliffet, omnem operam ad componendam pacem inter eos adhibuit. Verum tam gravibus implicatus curis, obiit vili. Kalendas Junii, anno Domini 1160. cum fediffet annos fex, menles j. dies 13. HenriettaStcro in annalibus fuis ait, cum Viterbti vni. Kalendas Junii anno tzdt. defundunt effe. Corpus ejus ad ecclefiam fandi Laurentii delatum eft. Erga pauperes adeo propenfus, fuit, ut libres aliquos contra eos deferiptos improbaverit. Epiftolas decretales feripiir. Viros dodos maximo favore profecutus femper magntfecit, inter ceteros Henricum a U cardinalem ôftienfem fadum. Egregia aliquot «dificia extruxit, &, ut multa paucis dicam, fuavem poft obitum fui memoriam reliquit. Sedes morte ejus tribus mentibus & quatuor diebus vacavit.

EPISTOLA I.

ALEXANDRI PAPÆ IV.

AD SCOLASTICUM ARGENTINENSEM.

De novalium decimis.

Alexander epifeoptu fervm fervorum Dei dilefto fiho Scboiajiico Arcentinmfis tcclefia filutem & apajiolicam beiiedifiionem.

EXhibita nobis diledorum filiorum przlatorum ac rdigiolorum, & cleri Colonientis, civitatis, & diœccûs petitio continebat, quod cum aliquas terras incultas earumdem civitatis & diœcefis contingit redigi ad culturam, nobiles viri comes de Monte, flt Waleramus frater comes Juliacenfis, ac quidam alii dirtarum civitatis, & diœcefis, aflerentes ad fe decimas novalium hujufmodi pertinere, illas pro fuz voluntatis libito occupant, & contra juftitiam detinent occupatas. Cum itaque dominus in lignum univerfalis dominii fibi decimas refervarit, diferetioni tur per apoftolica fcripta mandamus, quatenus Ω tibi conftiterit ita elfe, przdidos nobiles & alios, quod hujufmodi decimas novalium eildem ecclefiis exhibeant, & illas ab cis permittant pacifice poflideri, monitione prxmifla, per excommunicationis in perfonas, & in terras eorum interdidi fententias, appellatione remota przvia ratione compellas; nonobftante, fi aliquibus a fede apoftolica fit indultum, quod excommunicari non poffint, & terra ipforum fupponi ecclcfiaftico interdirto, per litteras apoftolicas, quz <$e induito hujufmodi plenam & expreffam non fecerint mentiouem, & conftitutio-ie de duabus diztis edita in concilio generali: ita quod ultra tertiam vel quartam aliquis extra fuam diœccûm authoritate przfentium ad judicium non trahatur. Data Anagniz xv. Kalendas Septembris, pontificatus noftri anno primo.

II. AD HENRICUM CHYMENSEM

Epifcopum

Philippus Saltzburgenfis cledus, jam per decem annos nolens ordinem presbyterii ac epifeopalem fufeipere confecrationcm, ab Alexandro papa deponitur, & Ulricas SecoWenfa epifeopus ei fubrogatur.

Alexander epifcopm fervxt fervorum Dei venerabili fratri Cbyme^fi epifeopo falutem & apofloheam benedifiionem.

IN contemptum veniens Philippus, quondam Saltzburgenfis ecclefix deâus, nimis videtur a fe timorem Domini & hominum reverentiam abjeciffe, dum adhuc munitiones & caftra, & quasdam alia bona ipfius ecclefiz, fua detinet poteftate: quafi non fufiecerit didam tenwife Pecclefiam, iq fuam & multorum perniciem, tanto tempore viduatam. Errata igitur didi Philippi corrigi mifcricorditcr cupientes, fraternitati tuz per apoftolica fcripta mandamus, quatenus ipfum ex parte noftra moneas attentius, & inducas, ut prxdifta omnia venerabili fratri noftro Saltrburgenfi archiepifcopo, vel alii ejus nomine fine qualibet difficultate refignet. Alioquin, cum ferro abfeindenda fint vulnera quz fomentorum non fentiunt medicioam, tam eum quam aiios, qui eadem ejus no-

ANNO CHRISTI

nomine detinent, «did per cenfuraro ecclefiafticam, appellatione remota, compellas. Contra quos, H necefle fuerit, omnium fuffraganeorum, minifterialium, & vaflâliorum ejufdem ecclefic 'uxilium invoces, ut fuper his tibi & ipfi archiepifcopo fuerint requifiti ; fuffraganeos ipfos ad hzc authoritate noftra, minifteriales vero & vaftallos coldem per privationem feudorum qua tenent ab ipia ecclefia , monitione przmitfa , ratione przvia coarâando . Datum Viteibii 11. Nonas Decembris, pontificatus ncftri anno m.

HI. AD AR.CHIEP. SALTZBUR.GENSEM KT SUFFRACANEOS.

Eos hortatur ad officium epifcopale exequendum , *& abufus* reformandos.

Alexander epifcopus fervui fervorum Dti venerabilibus fratribus archiepifcopo Saltzburgenfi , ejufque fyffraganeis, tue non 6 dileftis filiis abbatibus, aliifyue ecclefiarum prolatis ordinariam in fubditos obtinentibus poteflatem per Saltzburgmfem provinciam coijftitutis , tam exemptis quam non exemptis, falutem & apoftolicam benedlSlionem,

SI vere, quod dicitur, paftores ovium Chrifit fumus, non impavide ferre poflumus tcrribiliter intonantia noftris fenfibus contra paftoralis cur® negligcntiam facrarum oracula feripturarum, quz determinata dominici gregis in przfidemium defidiam retorquentes, minaciter inclamant pereuntium fanguinem de przpofitorum manibus exigendum . Quis noftrum non contremifcat & paveat, dicente ad paftores gregis fui Domino per prophetaro : *Difperfiftis gregem meum ; ejecifiis, & non vifitaflis eos. Ecce ego vifitabo fuper vos veftrorum malitiam fludiorum.* Pavet utique ad hos increpationis interminationifque Divinz fermones idem ipfe propheta, dum dicit: *A facie Domini, tf a facie fan&orxm verborum ejui conturbatum efl cor meum: In medio mtl contremuerunt omnia offa mea.* O farmidoiofa fpeculatotum, quos populo difpenfatio Divina przpofuit, & periculofa conditio, fi perfundorie res agatur, fi eo modo in fblicitudine commifla non militent, quo ftunmus praecipit imperator, fi fibi & univerfo gregi, cui eos Deus cuftode* & epilcopos conftituit, non attendant. His przcipue horrendum erit illud humanorum operum finale judicium, omnibus in commune tremendum: in quo etfiunufquifque de proprii corporis a&ionibus diftriâo *ut fu*bficiendus examini, ut recipiat prout geftit : nobis tamen, quibus papaliscura commiflaeft, n<5n fufficiet propria innocentia fine cumulo juftitiz lubditonun .' quando negligentis miniftri pigritiam per * confequens aufterus injunfhx fervitutis exaâor, delida plebis impinget rea? tui nrclatoram. Si enim qui de unico talento ubf credito falis fznoru non reportabit augmentum, tanquam inutilis fervu» & piger juft· damnationis periculum fuftinebit : quam durum putatis judicium fiet illi, qui commiffiim fibi (taraient Dumenau» viventium talentorum uno foiutn iotegrum fleeter it reddere creditori, veram etiam io illa diftridione probabitur damnum domino far» » bonis, qu· ab *ipfo* multiplicanda fufcvperar, mrulifife. Prop-

7*sv» »j.

Terent. tj.

' f- pwfe- Vkh»

A terea, fiatres & Ahl , qui faices pontificalis officii dc ecclefiaftici minifterii fubeundo, defixiftis pro anitnabus creditis apud extraneum manus vcftras: feftioate quzfufnus liberari ab illo qui fupremus eft aftor dc judex, nullum nobis de allegationis nitore przfidium reliâurus. Difcurrite, nec cefletis, ne fiant aaim« veftr® pro illis , quos in cultodiam fub tan* to vadimonio fufcepiftis. Excitet vos fummt palloris amor, qui nos pafcendis rationalibus ovibus dedicavit . Exterreat corda vrftra fit corporis fomnum depellat ab oculis metus periculi , eis procul dubio , qui fupra greges fuos vigiles non obfervant excubias, imminentis. Sed ecce letalis incuriae lopor , paftoraii*

anno CHR,ST'

B vitz vigilantiam, quod gementes dicimus, oppreflifle videtur in plurimis, prout tcftatur nimia de plerifque regionibus clamansChriftiani populi corruptela : quz cutn deberet ex facer? dotalis antidoti curari medelis, invalefcit / proh dolor, ex malorum contagione, quod procedit a clero, ita ut alicubi verum fit quod dc prophetica querela tcftatur; *Fuilus efl,* inquiens, *ficut populus fic facerdos.* Malitia namque dierum tabentium, quz cum tempore corrupit & mores, dante quam plutimis ex impunitate audacem femper & in deteriora proclivem infrznis licenti® libertatem, nonnulli clerici pracipiti lubricz voluptatis arbitrio laxas committentes habenas, poft carnis fuz

C concupifccntiem abierunt , & relegata penepenitus a converfatione *vitz* fuz clericalis munditic & honcftate, tenent etiam in confpcftu populi concubinas, aim quibus impudiczfrontis irreverentiam induentes, fœdas manus & fœtidas, quas fordidis libidinofæ coinquinationis foribus immiferunt, non erubefeunt , in fuum periculum & ruinam populi, lacris minifteriis immifeere, a quibus ob publici concubinatus inianiam, quz nulla tergiverfationc fceleris, vel fecundum fcita canonum, tam quoad, fe, quam ad alios,, funt fufpenfi.- & *ne* quis talium Miffam audire przfumat , ardius in eorum contemptum canonic® sudoritatis conftitutio interdicit. Per tales maxime

D nomen Domini blafphematur in terris ; per tales derogatur facramentis fidei orthodoxe , cum vafa Domini pollutis eorum manibus profanantur. Per tales ergo perdit religionem catholicam. devotioreverenti® Chriftianz: per tales decipitur populus in Divinis, & ecclcfiafticÿfubftantia diflipatur: hinc detrahitur verbo Dei, dum immundis labiis talium nunciatur: hinc hzrctici muffitant & infultant : hinc tyranni fxviunt.* hinc perfidi perfequuntur : hinc graffantur audacius in Chrifti patrimonio facriïegî exa&ores: a quibus, proh pudor, ob hujusmodi carnes putndas, quas dikiphnalis mucro non refccat, ficut decet, fincenun catholic® matris corpus in oftentum ducitur fic

E contemptum. Profefto patres qui hujufmodi filios fub diflimulationis conoiveniia fovent impune, etiamfi cum Heli facerdotc funt boni, forfitan in feipfos merito pro confimilis negligentiz malo, repentina patris interitus ruina dejiceret de fella retrorfum. Ecclefia: quoque principes, qui zelo Phinees ardenter non feruntur in tales, fine caufa videntur portare gladium poteftatis, quem ad vindiciam malorum , laudem vero bonorum, defitper acceperunt. Nos icitur cupientes tantum malum de medio ecclefiz , tantumque feandalum ab ocufts fidefiuin removere, univerfitatem veftram to-

— ANNO CHUSTI

rogamus, monemus, dt hortamur, authoritate noftra vobis per apoftolica feripta in virtute injungentes, ac vos Ungulos fubrefiatione tam judicii fingulans, quo quiique citatur ad Dominum dc corpore mortis hujus, quam judicii generalis, in quo univerfi flabimus ante tribunal «terni judicis, cbfecrantes quatenus in vobifmctipfis curetis oftendere, quam picadDomiuum, quam fande ad fe ipos, quam jufte ad proximos oporteat ceteros in Dei eeclefia converfiui. Totius namque familiz flatus & Sdo vacillat, fi quod rcquinrur in membris, eorum capite non habetur: & in ejus ore adverfus peccantes neceflê eft redargutionis objurgatio cooticefcar, qui admittere cognofcitur arguenda. Qua enim fronte fieri quis poterit B morbi curator, dum languore conumili detinetur; atit fedator virtutum, dum fedator oftenditur vitiorum? Ad inquirendos autem ac puniendos fubditorum vcftrorum exceflus, & maxime incontinentis foeditates in clericis, }>rzfertim concubinariis manifeftis, qui odorem cetere faciunt domus Dei, tanto ferventius affurgatis, quanto damnabilius praeteriretis eorum contagia incorreâa. Verum, ut adverfus concubinarios hujufmodi officii noftri debitum tam authoritate noftra quam veftra liberius exequi valeatis: nos przdeceflbrum noftrorum attendentes vefligia, & plenius exprimentes, C

"""T* anno

Afuper hoc proceffiu vtftros per appellationis obfedum volumus aliquatenus impediri. Si vero hujuimodi concubinarii, quorum culpas con tigerit canonica diflridkme feriri, fuper appellatione aut abfoiutione vel reflitutionc fua litteras apoftolicas reportarim: illas, nifi forfitan in eis appellationis aut excommunicat ion is feu amotionis fuz hujufmodi caufam expreflerint manifefte, decernimus nullius effe momenti, ied, eis vel proceffibus per eas habitis nequaquam obftantibus, cenfura veftrc anitnadverfioois in tales inviolabilem obtineat firmitatem. Preces autem, monita, mandata, dc przcepta noftra fuper his, taliter implere curetis, quod converfiuionis hooeftas in clero, & devotionis antique finceritas in populo, per folicitudinis vcftnr diligentiam reformentur. Cumque princeps paftorum advenerit ab unoquoque noftrum frudum injundi negotii quzfiturus, coram ipfo appareatis intrepidi, dc dignam fibi poffitis villicationis veftra reddere rationem. Volumus autem atque precipimus, ut tu, frater archiepifcope, fuflraganeis ruis dt aliis przlatis tue provincia has litteras fine morz difpendio facias prefentari, ut fuper przmiffis przceptum noftrum exada diligentia exequantur.

Datum Idibus Februarii, pontificatus noftri anno quinto.

œ w m

CONCILIUM ALBIENSE,

FACTUM A DOMINO Zoi N,

Avenionenfi epifeopo, A. S. L. anno Domini MCCXLIV.

Item, cum a regia dignitate & libera vo-luntate concerta fit epifeopis libera teftamenti laâio, licet hoc a jure habeant & coniuetu-dine, & lacrilegium fit, quod femel eft cccle-fi® concertum, illud infringere vel turbare, ultimaque voluntate nihil debeat effe liberius; dominus tamen rex non permittit exeeutores teftamentorum eorumdem cpilcoporum de bo-nis ipforum adminiftrate, quoufque caufa co-gnita ipfius facinoris, gratiam mereantur fuper his obtinere.

XXIV.

Item, cum quis tenens laicum feodum dc domino rege deceaat, ballivi regis omnia bo-na dclunâr iMifiunt ; nec permittunt ejus exc-cutores de cis difponere, donec inquifitum fue-rit a fcaccario, utrum aliquid debeat regi .Et hoc jun ditionum eft, & chart® contrarium; qua cavetur, quod licet ballivis fic facere , cum literas domini regis de lummonitione talis de-biti patentes oftendunt, & fic portum attac-chiare catalla aliqua ad honorem ipfius debi-ti, per vifum legalium hominum, donec illud debitum perfolvatur in aliis catallis, libera ad-mtniftratione exccutoribus omnino dunitfa.

XXV.

Item, mortuo laico inteftato, dominus rex & czten domini feodorum, bona defundi fibi applicantes, non permittunt de ipfisdebita fol-vi, nec rebduum in ufus liberorum & proxi-morum fuorum, flt alios pios ufus per loci or-dinarium, quorum intereft, aliqua converti.

XXVI.

Item, ccdefiaftico judici cognoicenti fuper decimis vcl capellis , porrigitur regia prohibitio rudici, videlicet nc procedat: actori fimiliter, ne profequatur. Ea tamen ratione, quod fi evikerentur derim® vel capella, diminueretur jus patronatus illius, cui eftpatronusecclefix, qui eft in porteifione «pel»® petit®, vcl deci-marum, & fieret regi przjudicium, ad quem-fpeâat juris patronatus cognitio; fic fic imp*-dit, ne cognofcat judex ecelefiafticus de deci-mis: licet rex dc juftitiarii fui de his cognofce-re non poflint ; per quod juftitia perit.

XXVII.

Similiter fit idem, fi cognofcat judexeccle-fiafticus dc aliis ad forum ecclefiafticum fpc-dantibus . Verbi gratia; fi inter laicos incon-tradibus interveniat fidei datio, vel infringat jusjurandum quis juramentum vel fidem, & ju-dex velit cognofcere de tali peccato moi tali (faltem ad poenitentiam injungendam) porrigi-tur regia prohibitio; dc falus animarum impe-ditur in damnationem plurimorum, ca occa-fione, quod ratione cat aliorum przftitum fue-rat jusjurandum.

XXVIII.

Item, fi ecclefia petat ceragium, velherie-tum, vel alia, quz ad ecclefiam vcl ad ufus ecclefiarum deputata; ut petatur pecunia ad ecclefiam cooperiendam , vel ccemcterium clau-dendum, & parochiani ad hujusmodi prcftan-da extilcrint rebelles; fi conveniantur curam loci ordinariis, ftatim porrigitur regia prohi-bitio , *& fic* impeditur cultus ecclefi®, & ho-nor eidem diutius impenfus. Idem fit, fi con-viât dc adulterio, vel altocrimioe, puniantur pecunialirer, vel aliis in caufis mere fpiritua-libus fuerint in expenfis condemnati: dc ficvi-lipenditur ecclefiaftiea ccnfuradamnabiliter, dc quafi a nemine timeiur.

XXIX.

Irem, fi quis commiferit facrjleginn, rei eeclefiafticas (nvadendo, vcl ecclefiss libertati-bus fuis fpoliando, vel perturbando, vel etiam violaverit libertates in chartis libertatum con-tentas , dc propter hoc inciderit in fenten-tiam excommunicationis, vel fit excommunican-dus, dc judex ecclefiafticus fecundum formam ju-ris velit contra tales transgreffbres procedere, im-peditur propter prohibitionem regiam, nc proce-dat; ea aflignata ratione, quod deiifta laicorum, dc fpecialiter ballivprum regis, ad ipfum per-tinent corrigenda. Idtm fit in omnibus caG-bus, in quibus ratione ejusdem déliât diverf® debentur emende; quarum una in foro ccclc-fix, & alia in foro regio debet injungi.

XXX.

Item, in quibus omnibus caGbns & Gmili-bus, fi judex ecclefiafticus contra prohibitio-nem regiam procedat, attachiatur comparcas coram juflitiariis, compellitur judex exhibere aâa fua, ut per ea decernant, utrum nego-tium pertineat ad forum eCclefiafticum, vel fe-culare. Et G videatur eis, quod pertineat ad focum regium, querelatur judex, qui, fi con-fiteatur fe poft prohibitionem procefufle, amer-ciatur; fi neget, indicitur ei purgatio per ju-dicem fecularem ad teftimonium duorum vilif-fimorum ribaldorum. Et fi pmgare fe noiue-rit, incarceratur, donec jufttiariis facramen-tum przftitcrit corporale, quod non procède-nt contra prohibitionem; & fi facet* noiue-rit, in carcere retinetur fimiliter ador, G fe-quatur,

XXXI.

Item , fi contingat prclaros vel clericos at-tachiari, quia dicuntur in caufi* etiam fpiri-rualibus contra regiam prohibitionem proceflif-fe, licet judicio laicorum conquérons de man-dato convincantur, in nullo tamen iprovidetur judicibus, vel partibus attachiatis , pro labori-

bus

GT bus ft expenfis, nec in aliquo punitur proter- vitas vel malitia conquerentis : fed vice vet£a, f' judica vel clerici ibidem fuerint considi, iHf. fecundum eorum opinionem fine aliquo remedio carce.i mancipantur; fle ad beneplacitum regis & juAitiartorum, quoad ufque amerciari fuerint, detinentur. Unde fit, quod tam ordinarii quam delegati, ut vitent tales vexationes ft expenfas hujufmodi, deferunt prohibitionem ; ft fic perit juftitia, fic remanent pecca- * ta impunita ; cum pntlati ecdefiaftici jurisdi- " Aiooem fuam exercere non audeant, nec rex velit contrq ^oliivos fuos in talibus cafibus procéder^*, nec de jure poflit tum ratione rerum nodrarum fpiritualium, ut funt dccimxft capellas, tum ratione perfooarum, ut funt clerici fic rdigiofi, tum ratione detidorum, ut funt iacrilegia, fic excommunicatione, fic interdida.

XXXII.

Item cum Judaeus ia ecclefiafticam perfboam delinquat , vel fuper rebus ecclefiafticis , aut fuper facrilegio, aut etiam violenta manuum *loje&lone In* clericum , vel fnper adulterio cum Chriûiana conveniatur coram judice ecclefiaftico ; per regiam prohibitionem caufa cognitio impeditur, quia allegavit, quod judicem habent proprium , vicecomitem locorum , & juftitiarios proprios deputato·, qui fuper talibus cognofcere non poflunt, nec debent. Et tamen, fi a ciet ico fic laico fuper hujufmodi conveniantur coram eis, perfona folam negalioocm fic altatus Judsi fic unius Chriftiani funplicem aflotionem abfque ornais juramenti preftatione *fe* purgant, probatione adoris peuitus rccufata.

XXXIII.

Item, fi per ecclefiam denegetur eis communio,pro eo, quod tabulam feu fignumnon deferunt, vel quia nutrica chriftianas contra prscepta ecdeue retinent, vd propter aliquos alios exceffus extiterint excommunicari ; balliyi regis communicantes cum eis , cx parte ' ipfius domini regis precipiunt, ne aliquibus evitentur , fic faciunt eos ad communionem admitti fic recipi.

XXXIV.

Item, licet aliqua poflèflio vd libertas data fit a regibus, fic principibus, vel aliis fidelibus, qui eas libertates poterant donare ecclefais in liberam, fic puram, fic perpetuam eleemofynam , nullo retento fervitio , vel onere impofito ; tamen fi fuper eis quarftio moveatur inter eccieftafticas perfonas , vd laicas fic ecckfiafticas , compelluntur pofleflbra earum in foro litigare feculari. Idem fic, fi libertas ecclefic data per laicos revocetur in dubium , cum fecuodum jura , hujufmodi cognitio ad forum ecclefiafticum pertineat.

XXXV.

Item ratione hujufmodi pofleffiooum, rex & alii magnates nituntur compellere epifeopos, prelates, & religiofos, & redores cedeuarum facere ledam ad curiam laicalem.

XXXVI.

Item, eifdem pofieffiouibus, vel earum poficflbribasratione earum, tdoniumflt alia onera graviora imponunt laid contra ecclefiafticam libertatem.

XXXVII.

Item, ad fedam & alia onera facienda, & ad comparendum in foro vetito compelluntur per captionem animalium fuofum, dc rerum aliarum Deo dedicatarum, qus fanda fandorum dicuntur, contra Deum fic ccclcfus libertatem.

XXXVIII.

Item, fi aliquis laicus coufueverit facere fedam *In curia* domini fui, ratione poflcflionis, quam tenet ab eo, & panem poflcflionis dederit ecclefias vel religiofis in liberam, & puram, & perpetuam elcemofynam, ft partem fibi retinuerit in domino , vel fervitio eam alii dando , capitales domini faciunt diftridiones fuas in pofleflionibus datis in eleemofynam pro feda curis, vel aliis fervitiis fibi debitis, omiffa pofleflioaa, quam dator retinuerit, vel alii dederit in feudum fibi fervitium debitum faciendo, vel domino capitali . Et hxc videntur m fraudem fieri & contra ecdefi* libertatem.

XXXIX.

Item, fi epifeopi & alii prslati ad forum extraordinarium evocantur, non poliunt attor natos per iiteras feu procuratores in caufis civilibus conftituere; fed necefle habent*? licet cum grava difpendio pqrfbnaliter compatere.

Item, fi de poflefltonftms datis ecclefiis vel monafteriis in puram fic liberam elecmofynam, vel etiam in feudutn, monaflerium vel cedefia fpolietur , committitur facrilegium ; & fi fuper hoc fpoliatus judici ecclefiaftico cooqueratur, vel judex officio fuo contra fpoliatorcs fic facrilegos velit procedere , vel fuper aliis injuriis proximo annotatis, per prohibitionem regiam impeditur fpoliat» vel oppreflis juftitiam exhibere.

XLI.

Item , fi rex conceffeit alicui civitati vel burgo , quod poflit accipere muragium, vel aliquibus novum concedat telonium , non folum a laicis, fed etiam a viris ecclefiafticis, fic eorum hominibus talia extorquent fic exigunt contra jura.

XLII.

Item, domicilia fic hofpitia clericorum per dominum regem fic laicam poteflatem capiuntur, fic licet in fitnduario exiflant , coguntur clerici inhabitantes, vel ipfis abfentibus, fui fervienta laicos recipere; & frequenter expulfis clericis dc propriis domibus, eas occupant, res fuas ibidem inventas diflipant , fic conlumunr, nequiter contradicentes, verberando.

XLIII.

Item capiuntur careds clericorum, fic rcligioforum , fic capiuntur in foro publicofic aliquando in fandnario nequiter, aliquando in mercalis, fic violenter abducuntur ad tranfvebendum victualia, fic emeras res fic commercia domini re^is, juftitiariorum, ftballivorum fuorum; fimiliter res, quas clerici habent venalcs, compelluntur fibi vendere , βι ad pretium domini regis inviti tradere; pretio aut raro aut nunquam foluto.

XLIV.

Item, in cancellaria domini regis nova brevia juri ecclcfiaftico, legi terne, fic confuetudini contraria paflun mint fin» concilio regni , pcincipum fit praelatorum aflënfu ; quod neri non debet.

XLV.

Item, cum dominus rex pro aliqua expeditione vtl cx quacumque cauta regnum exitrit, vel intraverit, vel ad divertas partes in ipio regno fe tranflulcrit, compellit religiofos per vi-

vicecomites fuos, & per captionem avei iorum fuorum , ut obviam fibi veniant, & munera e' deferant . Idem iu fingulis comitatibus faciens.

Ao ÎÎV ,,,,

X L V L

Item amerciaments, qua; epifeopi dc rcligioG terrz per chartas regias debent habere , juftitiarn & ballivi regii convertunt in finem, Ut fic eos fuis defraudent amerciament»

X L Y I I.

Item, cum non confueverinr pndati, vel viri ecckfiaftici amerciari pro communibus fummonitionibus in adventu juftitiariorum, modernis temporibus amcrciantur paffim iMitfcrenter, dc graviter, fi non compareant prima die ram coram tuftitiariis itinerantibus, quam coram juftitianis de forefta,

X L V 1 H,

Item accidit interdum, quod ecclefia gavifa eft aliquarum rerum poffeffione feu libertatum ab antiquis temnoribus ; & licet rex eccler Siis & viris ecclefiafticis in principio Magne Charte fux de libertatibus datis Anelicis, dc* derkjic confirmaverit ecclefiis & ccclefiatbcis perionis omnes libertates , quibus antea ufi fuerant ; paffim tamen compellit prfclatos re. fpondere, quare vel quo warranto taltbus utantur libertatibus . Et fi prelatus eoinpulius comparens chartam donatoris exhibeat, licet contineatur in ca , quod donator tales ac tales dederit libertates, & omnes alias, quas in rebus datis habuerat, vel habere potuerat, vel alias in tnftrumento donationis quantumcumque generali claufula contineatur ; & dicat , quod in illa generali claufula libertas, de qua agitur , includitur , nil proderit ei, nifi in charta de eadem libertate exprefla fiat mentio, Et fic fecundum opinionem regalium verbum illud omnino pro nihilo fupponic, quod fecundum jnra dc omnem rationem nihil exceptum reliquit , prrfertim in donationibus piis locis faâis.

X L / X.

Item, licet in charta de libertate, de qua agitur, exprefla fiat mentio, dicunt regales , quod charta fine pofleflkxie vd ufu *non* valet, &, quod ecclefia non fit ufa tali liber* tate, paratus eft rex fe opponere in recognicione patrie, licet certum fit ecclefiam ca libertate ufam fuiffe. Er fic, quod certum eft, revocant in dubium, & jus fit poflêflionemercletie ponere nititur in ore, feu judiciolaicorum, dc ecclefia perfccutorum . Si vero non fiat exprefla mentio in charta, de qua contenditur libertate , fed nota fit pofleffio vel ufus, & dicat prelatux, quod licet non nominatim fed per generalia verba data fit libertas illa ecclefia , vel, quod aliquando habuit eckfia chartam , exprefiam facientem de hujufmodi libertate mentionem, quod perditum eft, vel veiuftatc confumptlun, vel allegetdo-nationem fine feriptis faflam morte regum antiquonim ; dc per hoc habuerit ecclefia jutium titulum, bonam fidem, & poiïèflïoncm longiflimam , & fic firmo jure tueatur ; dicunt regales, quod non fuflicit, quia talis poflelfia eft ufurpatio, vel occupatio illicita , cum fit regi contraria. Et quidem mirabile eft diâu, nund longiflima polfcffio talis non poflit prodefle ecclefiis contra regem; cum e contrario in his, que a rege nullatenus poflideri poffunt, ratione confuetudinis five ufus, jus fibi vendicet contra ecclefias ficut In omnibus opprefliomibus fupradiâis , & aliis confimilibus , in quibus loco tituli fiiccedit facrilegium, vel injuria manifefta ; loco bone fidei oppfeltio ; loco confuetudinis aâus uuus vel diutina corruptela , fifepius.fuerit attentatum

ANNO C^}‚STI

Item, cum dominus rex *juraverit in coronatione fua* confervare jura & liberrates ccdefiis datas, dc eas confirmaverit in principio Magne Charte; inceflanter tamen a miniftris fuis impugnantur, turbantur, dc mutilantur ; non folum generales, fed etiam fpecules, datas fcilicet a predcceiToribus fuis, dc ab ipfo confirmatas, & etiam de novo datas, dc donationes, quas ipfe dedit, dc alias, quas ipfe defendent dc Warrantizare deberet, impugnat, dt fuftinet impugnari, dc impngnatores ddendit; ficut patet in fa4o Bothon, dc aliis cafibus, quos ad prefens tacemus ; fperantes , quod ad fingulorum querelas, fingulares injunas faciet emendari.

G® G® G® G® G® G® G® G® G®

CONSTITUTIONES PRO CAPITULO SENENSI

jfh O&tviMo Aut. Ceri. A.S.L. Ikhtt, tf «à .Akxwulro ftfo IP. tgn£rm»t<e.*

Anno I /57,

Alexander papa IV. Capitulo Senenfi. t

An. un, Ueftelt- lui r' ui' tas ıx,v. edit.

de mandato fedis apoftolice funt Pro'ide ordinata, feu reformata falubriter, decet opportuno muniri prxfidio , ut firma fernpcr maneant, dc optatum proferrc commodum non defiftant. Cum itaque dileftus filius nofter O. fanâa Marias in via lata diaconus Cardinalis , de fpeciali mandatonoftro, diligenti quoque deliberatione prehabita quadam in ecclefia veftra flatuerit perpetuis futuris temporibus obfervanda , qua ad ampliationem cultus divini nominis, & ipfius eerielia decorem , dc decus redundare nofcuntur, prout in patentibus literis ejufdem Cardinalis confcâis exinde, ac fuo Sigillo fignatis plenius continetur. Nos quod ab eodem Cardinali iuper iis fa&urn eft rarum , dc firmum £ habentes, id auftoritate apoftolica confirmamiw, & prefentis fcripti patrocinio communimus. Tenorem aurem literarum ipfarum de verbo ad verbum prefentibus fecimus adnotari, qui talis eft .

Oâavianus, miTeratione divina, fanâa Ma* rie in Via lata diaconus cardinalis , difcrctis viris capitulo Senenfi, ia1mem in Domino.

Ad audientiam apoftolatus fan&iflimi patris, Λ domini noftri Alexandri, Dei gratia , fummi pontificis noveritis pcrveoifle, quod dudum przdcceiïorum veftrorum vita, dc induftria Senen-

ANNO Christi

nenfe capitulum grattttn Deo, & hommibus A recepit m fpirirua^bus, &. temporalibus incrementum. Cupiens igitur idc'm pater, & domi ηι1$ f1C ju e0(IIndcm'ptxdeceiToriin veftrolu.n propoftto, annuentiDomino, coniciv.uc, onod a via prxdccdTorum ipforum, quod abiit, oculos nullatenus ave<tatis, nobis injun Xit, ut tam fuper ftatut'S, A coitiurtudinibus veftris rationabilibus, & antiquis a vobis, & iis, qm vobis fucceflerint de extero obfervandi$, quam aliis, qux cultus divini nominishonellitis veibx inciementum refpiciunt, ordinemus, qux fecundum Deum oidinanda videntur, ftiiuru' temporibus in veftro capitulo duratura. Hinc eft, quod nos ipforum prxdeceftorum iraditionibus A vefligiis inhxrentes; cil-β que pauca non ad onus fiquidtm, fed ad decorem, & utilitatem porius adjungentes Spiritus S. gratia invocata ad laudem Det, & bcatx Maux femper virginis, fanâotumque martyrum Crefcentii, Anfelmi, Salvini, atque Vilioris, & aliorum fanclorum, quorum corpora A reliquix in veftra requiefcunt ecclefia, duximus ftatuendiim. In primis, quod ficut pafeitpini ex uno cellario, fic jp communi dormitorio, parati divinis inrerefTe officiis, locum, & ledum ad jacendum fimilitcr habeatis. Adjicientes quia ordinem veftrum canonici officii, tam in celebrandis miflis majoribus, & piocetfionibtis faciendis per clauftrum, & circa eccleliam vcftram nou alibi ftatutis temporibus, £ quam in aliis, prout ibi plenius eft expreffiim, fic vobis prifea confuetudo reliquit, nec nonfic ab antcceiToribus veftris fuifle recolitur obfervatum, teneatis, & oblervetis plene quantum cum Dei timore veftra permiferit valetudo. Si autem cx tradu temporis hujufmodi obfervata forfan fuerint oblivione deleta, ad ipfum ordinem habeatur rccnrfus. Si qua tamen funt ibidem impolfibilia quodammodo, fic difficilia in cantando a nonnullis fortaifis incognito, ea, prout expedire videatis, referetis. Illud autem, quod confiner dc obfervatione K'· junii, diicrctioni veftrr committimus moderandum Quia vero ecclefix nimium detrahitur in divinis, fi ftipendia paucioribus, qux pluribus p fufficiunt, tribuantur, praecipientes ftatuimus, ttt finguli veftrum clericos in choro habeant idoneos. & etiam competentes, qui velint, & poffint divinis officiis inreieÏÏe; & ne aliquis veilrum ignoret, quid legert debeat, vel cantare, prxcipimus, ut in capitulo veftro tabulam, qux alias matricularie dicitur, habeatis, in qua per capellanos vcftros, vel factiilasfin£ulorum nomina io choro pfallentium confcribantur, & per eofdem capellanos, vel facriftam fingulis quid cantare debeant, vel legere, cum reverentia offeratur. Illud adiicientes, ut in altari beate virginis tniiTam, nifi fit epifeopus, vel canonicus ecclefix, nullus cantet. ficut ab antecelToribus veilris a prffeisgod temporibus dicitur cbfervatum. In choro quilibet veftruin fecundum ordinem lux receptionis habeat feifionem, exceptis illis, qui habent in veftra ecclefia perfonatus, quibus in feffionibus hujufmodi, & aliis confueta, & debita honorificentia impendatur. Ad hxc volentes, ne diverGtas habitus dtverfitatem patiat animorum, prxeipientes ftatuimus, ut infra ecclefiam in divinis officiis, & fepeliendis corporibus mortuorum, qui apud ecclefiam ve-Aram habuerint, vel fibi elegerint Gepultttram, Confimilem habitum deferatis: Cappam apertam de faia fcilicet & ceccam, * vel camifiam iuperaneam xftivo tamen tempon, fit hvcinali infra ecclefiam, fit chuftrum pellibus non difcoopertis, vd mantello cum cocca, vel camifia fuperanea uti poteritis aftiblai IS. Ubilibet vero extra ecclefiam, fic clauftrum in mcelTu, in flatu, fic habitu eundo, dc redemi do conftitutiones, five prxeepta vol ,s aurtorirate felicis recordationis Gregorii Papx noni tempore promotionis fur tradita inviolabi 11;er obiervetis. Illud autem diftriclius inhibemus, ne aliqua fœmina intra portam clauftri vdlri, quantumcumque confanguinea, vel affinis alicui canonicorum dicatur, jaceat, vel mardueet· fie ut in refedorio etiam honeftatem ik I bitam oblervetis prxcipimus, ftatuentes quod quiiibet veftium uno famulo fir contentus ibidem, nc leftioncm clamor plurium impediat, vel tumultus. Nemo ibidem ullo unquam tempore clericus extraneus, aut latcus admittantur, nifi forfan canonicus fuerit cathedralis ecdcfix, vel religiofa exiftat, feu alias fiiblimis perfoua, aut in aliqua polita dignitate. quorum rclpeviti illos etiam, quos fecum habuerint, prout decens fuerit vobifeum, & inter vos honoretis, exceptis illis diebus, quibus ratione feftivitatum ecclefix veftrx invitare faeculares & laicos vos contingat. Beneficia veftra ioiuper. quae cum officiis pariter convenit ambulare ad removendam omnem materiam fcandalorum taliter inter vos providimus dividenda, ut fcilicet omnes denarios quocumque modo prxbendx h-denus deputatqp in communem burfam fideliter reponatis, & ex cis per manus earner» interioris omnes, qui matutinis miiTis cum vgiliis morniornm, & vefperis intei fuerint, cum effedti quotidie in fero denario fex. exceptis praecipuis folemniraiibus, in quibus denarios decem & odo, Jc diebus Dominicis, & fertis novem fcdionum, A diebus quadragefimalibus, in quibus denarios ix. recipiant; eos nempe divinis officiis cum effirdu dicimus intereffe, qui laborum officiorum fuam in ecclefia recipiunt, & peragunt, prout valent. & fciunt fine murmure portionem. Prxbendam vero frumenti, quam vobis m ferto Aftumptionis beat» Virginis dari volumus, nullus recipiat, nifi per annum infra clauftrum, vel in loco, a quo divinis officiis, fic traftatrbus capituli intereffe valeant, refidentiam cum effeftu, ut fupcritis exprimitur, fecerint perfonalem: Liceat tamen fingulis per duos menfes, vel eo plus ufque ad tres menfes fuis, vel amicorum fuorum vacare fervitiis; ita tamen, quod diebus folemnibus, & feftivitatibus prxeipuis ecclefix veftrx divinis officiis finguii exhibeant fe prxfentes. Famuli vero canonicorum, qui port recetlum dominorum fuorum propriis commodis inhiantium in clauftio remanferinr, fi laici fuerint, to diebus ad expenfas familix capituli admittantur; fi autem clerici, & volunt, fi; potiunt in ecclefia commode defeivire ufque a;f regreflum dominorum ipforum, dummodo ultra duos menfes extra capitulum non motentur, expenfis ejuidem familix fint contenti. Excipimus tamen de prxdittis omnibus infirmos. quafi graviter debiles potionatos, "fic fanpiine minutos, quibus tempus congrus vacationis, prout honeftati convenit, fecundum paffionem, & fanguinis minutionem difcretionem capituli concedatur. Excipimus etiam peregrinos, qm cx devotione, vel voto iverint ul-

anno CHRIsn · 7^«,., «n i‹iem 'iu"'· c"t' '4n

* Medical, potion» ro U'o» V›d«

(ÿ* ultra mare ob reverentiam (epulcri Dominici, vel ad fanâum Angelum, ' leu adS.Petrum, aut ad S. Marcum, vei ad S. jacobum, ca- P*luh pet'<* licentia: nec non & illos excipimus etiam qui domini papae fervitiis, vel officiis, feu fervitiis dominorum cardinalium im- Jrorantur. Ad hrc ne fimultates, aut iocietates in capitulo veftro de cancro fiant, diftriâius inhibentes prxcipimus, ut ea, qux communiter omnes tangunt, & ab omnibus approbari convenit, vel etiam reprobari fingulariter, & extra capitulum non ordinentur, nec aliquatenus approbentur, Adiicimuc infuper, ut tradatus capituli veftri , & confilia, qux privata efle debebunt, five ponadtur in credentia , five non, nullus ad damnum capituli ,B vel alicujus de canticis revelare prxfumat. Ut autenr bona veftra nequeant neglc&u diminui , ve) perire, diftriâe prxcipimus ftatuentes, ut quilibet de canonicis officium, quod fibi capitulum , prout moris eft, providerit committendum, humiliter recipiat, fic fideliter exequatur. Prxtcrca ne quis canonicorum elatus fuperbia dare prxfumat in commotionibus pedes fuos, licitum fit vobis de noftra: auâoritatis permiflu in quemlibet de capitulo, vel familiarem fuum, five capituli pro meifeftis oftcnfis , nifi fecundo, tertiove commonitus

ANNO

* Nonpcad Garianlfn- âuariara .

A reatum fuum congrua fatisfaâione correxerit ,- excommunicationis fententiam promulgare . Ad prxdiâa vpro firmitate vallanda perpetuo duratura,& ut negotia veftra, communia fine fufpicione procedant , prxcipimus ftatuentes, ut de extero, tam ves quam ii, qui vobis fucceflerint, promittatis per librum, & ftclam jurantes verbo Domini , vos illa futuris temporibus fervaturos.* formam autem promiffionis, fic juramenti btijufrnodi prarfentibus fecimus annotari, qui talis eft ?

anno

,, Ego N. promitto, & juro in verbo Domini t quod ab hac hora in ab'ea confuetudines rationabiles , & antiquas, nec non bona jura, & libertates capituli Senentis fervabo, manutenebo, profequar , & defendam bona fide, quantum in me luet it , fic valetudo mea permiferit contra hominem , audoritate fedis apoftolicx, & ordine me» , in omnibus temper falvis ,· fic me Deus adjuvet, & haec fanâa evangelia. Ut autem prxmiftis omnibus major fides poffit, & debear adhiberi, ordinationem noftram hujus tigilli veftri munimine fecimus roborari.

Datum Laterani 1 j. Kal. Aprilis , Pontificatus D. Alexandri Papae IV. anno J. Nulli ergo noftra: confirmationis ÔCC. Dat. Laterani 5. Kal. Aprilis anno J.

«âQk «âÊk «Afik
•tgQT ieSi* TSGr

tQqPqt*

STATUTA SYNODALiA

Vilten Sirnmli KorTict^fitan trplfcfpcrwu

Anoî iij7·

Av *MS. Digh in Btdl. Ox*>.* 1T7X

An. in». AftrlVdk. t. f. p ?*·-

Debentts de vobis bonam rationem reddere , qux ratio fecundum Auguftnum eft dicere , non fub filent10 tranfirc poftumus, qutu vobis dicamus-, quod vos icire fic obfetvare credimus I Quia igitur fine decalogi obfervatione falus animarum non confiftit , exhortamur io Domino firmiter injungentes, ut unufquifque paflor animarum , fic quilibet facerdos parochialis fciat decalogum , id eft, decem prxeepta legis Mofaicx, eademque populo fibi fitbjcâo frequenter prxdicet , *fit* ex ponat. Sciat çciam feptem ctimtnalia qux fint, eademque populo prxdicet fugienda. Sciat erram fimiliter feptem (aeramenta ecdefiaftica , & ii, qui funt facerdotes, maxime *iciant*, qux exiguntur ad ver» coniefficnis fic pcenitentix (aeramentum , formamque baptizandi doceant frequenter laicos in idtonutc communi . Habeant quoque coium fimplicem intelleâum fidei , ficuii continetur in (ymbolo , tam majori quam minori , fie in traâu , qni dicitur QHirxmjwe *m//* , qui quotidie ad primam pùllitur .

C

Euchariftia autem , qux eft (aeramentum dominici corporis , in loco mundo fic fignato E femper honorifice collocata, devote fub fera, ac ndrlitcr confervetur.

Sacerdos vero quilibet frequenter doceat plebem fuam, ut cum >n celebratione miflarum elevatur hoftia f.dutaris , fe reverenter inclinet · Idemquc faciat , cum eam presbyter ad infumum quendam in decenti habitu, fuppohto mundo vdamtnc, ferat fic referat maniiclle ac honorifice ante peâus cum reverentia & timore, (emper lumine precedente , cum fit candor hic is xtcrnx, ut ex hoc fides apud omnes fic devotio augeatur , quemadmodum generali concilio feribitur. Tintinnabulum quoque temper cum lumine venerandam corporis Chrifti hoftiam praecedat, ut ejus fonitu excitetur fidelium devotio ad tanti (aeramenti debitam venerationem .

Sacerdotes autem promptiftimi fint & paratiffimi non iolum diebus fed & noâibus, ut xgrotanres vifitenr cum requirantur, ne eorum negligentia, quod abiit, moriatur infirmus line ^confeffione , aut dominici corporis communione, aut undtone extrema.

Superaltaria quoque fint hooefta , fic congruat magnitudinis, firmiterquehxa in circumdante ligno , non moveantur ab ipfo, neque ulurpeutur ad altos ufus quam ad divinorum celebrationem, ut videlicet non violentur in es colores, vel aliqua fiant corrfimilia.

Panni etiam chrifmales non convertantur in ufus fecularcs.

In ecclefiis quoque divinum officium integre fiat, devote, ut videlicet leâiones, hymni, fic alia, qux in Dei laudem recitantur tn ccclefia , integram habeant verborum prolationem , mentis quoque ad fenfus devotam attentionem, ne, quod abfit, pro hoftia viva & integta offeratur hoftia mutilata fic mortua .

Provideant attentius ecdefiarumre&ores, fit facerdotes parochial;* , ut pueri parochiarum tuarum diligenter doceantur, ut lciant dominicam

nicam orationem, At fymbolum, fic faiutationem beats Virginis, & crucis fignacuh fibi reûc confignarc! Et quia, ut audivimus, quod quemadmodum adulti hoc ignorant, prxeipimus, ur cum,laici ad confcihonem accedant, diligenter examinentur, utrum fciant prxdida, Ac, fecundam quod expedit, in eis .t facerdotibus inftruantur Et quia juftus qx fide vivit, ut articuli fidei plenius exponantur, ftatuimus, przcipicntes, ut quilibet fwerdcs parochialis fingulis ad Primam fic ad Completorium orationem dominicam, fic fymbolum dicat coram fuis parochianis, in audientia, diftinfte, <x aperte ad intelligendum.

anno Christi

Quia mundi debent eflê, ut ait Efaias qui fint vafa Domini, pollutumque non tangere, exhortantes prxeipimus, ut omnes bénéficiait fic infra facros ordines conftituti vitent luxuria: fugiant, omnemque voluntariam carnis immunditiem, continentiz fervantes puritatem, nullufque illorum uxorem ducat; fic fi ruis, antequam eflee in 1aeros ordines conditurus, uxorem duxerit, beneficium ecclefiafticum non teneat, neque in facris ordinibus, fi eos poftea acceperit, miniftrare przfumat.

B

Attentius itaque inhibemus, ne quis facerdos in domo fuaconcubinam retinens, vel alibi ad aliam hab- *'s coofuctudinem, in tam gravi permanens peccato, ad facrum altarecelebratuius przfumat accedere, cum ex hoc illius in exeerationem, & bencdtôio fibi vertatur in maledrâionem. Et fi aliquis hac. de caufa fufpcnfus, przfumpferit celebrare divina, non folum ecckfiafticis beneficiis fpolietur, verum etiam pro duplici culpa, arbitrio epifeopi, fufpcndatur: prælati vero, qui tales przfiimpfcrinr luftincre, maxime obtentu pectini®, aut alicujus commodi temporalis, pari fubjaccant ultioni. Cumque non lolum a malo, fed & ab omni fpecie mali abftinendum fit, inhibemus firmiter, ne clerici non nifirationabili Acmanifcfta cxcaufit frequentent fandimonialium monafteria, & nc quis facerdos retineat feminam in domo fua, five cognatam, five aliam, unde rationabiliter mala de ipfa poflit oriri fufpicio.

C

Firmiter inhibemus, ne quiqaam bénéficiât! aut in facris ordinibus conftituti fint ebriofi, cut gulofi, aut tabernas exercentes, ne morte «terna fecundum legis commina rienem moriantur, fed aâu abftinentiz, & fobriecatis fcipfos*habiles reddanr, ut fecundum doârinatn Dei habeant feientiam difeernendi inter fandum Ac profanum, mundum 6c pollutum, doceant populum omnia kgitima, quz Dominus locutus eft per manum Mofis.

Quia etiam Leviris dictum eft, quod non habent partem inter filios Ifrael, per quod abfcindatur a miniftris ecclefi® omnis fomes cupiditatis, Ac turpis lucri; exhoitantes prxeipimus, ne bénéficiât!, aut facris ordinibus ornati negotiationes exerceant, nec aliquid accommodent adufuram; fed, ficutpraecipit doctrina evangelic», mutuum dent nihil indefperantes, neque dent, neque recipiant ecclefias, aut ecclefiâftica beneficia ad firmam, «ifi in cafibus concilii cooceflis. Sententiam fanguinis non didet clericus aut proferat, ncc fanguinis ▼iodiâam, aut ubi exerceatur interfit, nec literas diâet aut feribat per vihdiâam fanguinis deftruendas, nec lu&uariis, vel baliftariis, aut hujus fanguinis viris przponatur. Ad amputandam quoque cupiditatis ipeciem, firmiter inhibemus, ne bénéficiait *vel in facris crdinibu** conftituti fint vicccomites, vel juftitiini feculares, vel ballivas laicas .teneant, aut earum firmas v unde potcftaubus obligantur ad rationabilia reddenda de billivis.

ANMO CHRISTI

Inhibemus quoque diftridius, ne aliquis rcâor ecclefix faciat hujufmodi paâum cumapdhno, videlicet quod *ipfe facerdos* prxter certa ftipendia poterit recipere annualia aut tricennalia, quia hujufmodi paftio nunrfcftum eft indicium, quod facerdoseo ipfo recipit duplex flipendium. Necefle ergo eft, ut aut non percipiat fufccpia annualia vel tricennalia, aut in ecclefia non rite efficiat divina obfequia: ipfis quoque facerdotibus fufficiens fic honefta tribuatur fuftentaiio ab ecclefiarum reâonbus, ne propter diminutam fuftentationem oporteat eos divinis carere obfequiis, aut ipfos faccrdb.es lucris turpibus inhiare, feu viftum mendicare.

Inhibemus etiam firmiter, ne laicis aliquibus committantur ad firmam liberz terat ecclcfiarum de decimis, nifi forte iidem laici fint ecclefiarum fervi, & tunc hoc fiat dc licentia diceccfani; & ne redores vel vicarii de bonis ecckfiz zdificent in laico feodo extra fundum cccl. & fimiliter ne decimz in laico feodo reponantur, fed in feodo ipfius ecclefis.

Prxeipimus etiam, ut reditus aflignati ad luminaria, non convertantur ad alios ulus per ipfos redores vel vicarios.

Hortamur etiam przcipicr.tcs, ne mimis, joculatoribus, aut hiftrionibus intendant, neque ad aleas, aut taxillos ludant, aut ludentibus sflidesnt; quia licer quibuldam videantur levia. tamen fecundum fandorum patrum doftrtnas, qui talia faciunt, dzmonibus przftant facnficia, Et quia in clero nihil magis debet fplendcrc, nifi Jcfu Chrifti humilitas, & evangelic» perfeftio, quz coninlit, " quod ii quis te percufferit in dexteram maxillam, przbeas illi & alteram; „ monemus fub pœna excommunicationis przcipicntes, ne clerici torneamenta aut haâiludia exerceant, nec arma portaient, nifi per loca hofttlitatis fufpcâa oporteat eos rranfire; fed tonfiVam & coronam ac rs-. furam habeant ordini congruentem, & habitum convenientem tam fibi fit fuis equitaturis, fecundum quod determinant fanât concilia, ncc plus folito; alioquin ipfos per fubtraâionem beneficiorum ad hzc compellemus, dc autem habitus diverfitas clericos a laicis faciat diferepare, ftatuimus firmiter przcipicntes, ut .officiarii. decani, fie fubdecani in fuis capitii lis in congregationibus clericorum corim fuis praelatis claufis cappis utantur. Et ne facilitas veni® intentionem tribuat delinquendi, fi <jqos hujus ftatuti invenerimus tranfgreflbres, foant fc abfque gratia fic favore graviter puniendas. idhzc ftatuimus ut fioguli facerdotes in fuis parochiis coram fuis praelatis, fic ubique, nifi cafus ncccflitatis in itinere requirat manifefte habitum transformare, claufis cappis utantur, gulionum penitus ufu interdiâo. Si quis autem in pnefentia noftra aut officiariorum noftrorum, five in ecclefia eis ufus non fuerit, per xl. dies noverit *fe* fufpenfum.

Precipimus etiam, ne aliqui retineant plure? *curas* animarum, cum quibus per fedem apoftolicam fuper hzc non fuerit difpenfarum. Similiter quod proximi adminiftrantium ecclefias, in quibus immediate fucccflerunt, prioribus

ÇJ7* hus penitus rcfigoent . & patroni idoneos ad A —„„cafdem ecclefias praefentent . Subjeflts quoque anno «ins diftnâius inhibemus, ne quis faccrdos in CN*r\n duabus ecclefiis mtniftrare przfumat, cum vix nous uni fuftcere poflit . Quilibet autem reflo; ecclefiz honeftum & idoneum vicarium habeat , qui , ficut expedierit , curam gerat animarum.

Audivimus etiam , de quo non mediocriter dolemus, quod quidam facerdotes extorqueant pecuniam a Jaicis pro ptrnttenttis feu alus faciamentis adminiftrandis ; dc quod quidam turpts lucri caufa varias injungant pecunias , videlicet quod a viro cognita mulier poft partum ante fuam purificationem deportet deinceps ad altare oblationem, cum qualibet mu- B liere purificanda in eadem parochia ; & quod homicida, vd qui alteriusmortetn procuravit, offerat pro quolibet mortuo in eadem parochia . Hxc fi funt hujufmodi, quia cupiditare funt plena , penitus inhibemus . Et ne quilqiwm facerdos injungar annualia, vel tricennaha, cx conlilii cupiditate , ut inde contequatur emolumentum . Audivimus quoque, quod quidam facerdotes faciant fuos diaconos audire contcflioncs parochianorum fuorum ; quod quam fit abfurdum non opus cft diccic, cum evidenter verum fit , quod diaconis non eft tradita poteilas , nec quaerant ex hoc nifi occafionem aut fpattum intendendi negonis fecularibus . Propterea firmiter inhibemus, m C diaconi confefliones audiant , aut pan;lentias injungant, aut alta facramenta miniftrent, quz concefla funt tolis facerdotibus mimftrarc. Volumus quoque & precipimus, ut linguli bénéficiât! ad ordines promoveantur, quos cura, quam fufccperint, exigit.

Ad hzc precipimus, ut omnes redones eeclefiarum , & vicarii refidentiam faciant in fuis beneficiis , convenantes in eifdem laudabiliter & honefte, nifi fuerit ob caufam rationabilem, ut in ecclefiis fuis non refideanr*, cum eisdifpenfatum.

In fingulis quoqueecclefiis, quarum facultates ad hoc fufficiunt , fint unus diaconus dc fubdiaconus, in eifdem, ut decet , miniflranK$. In aliis vero ecclefiis fit faltem clericus unus boneftus, qui facerdoti cum habitu convenienti in divinis mmiftret officiis.

Prxeipimus etiam firmiter aufloritate evangelica , nc in locis facris habeatur mercatum , cum Dominus ementes & vendentes dejecit de templo, nc domus orationis fiat fpelunca latronum . Ad bax adjicientes , ut coemeteria fint bene claufa, & tam ecclefiz quam domus ad eas pertinentes competenter fecundum ecclefiarum facultates xdificatx, ipfr quoque ecclefiz decenter oruatz tam in libris, quam in facris vafis & veftimcntis, & quod veftimenta & vafa facra fint de no&ibus fub tuta & honefta cuflodia , nec deponantur in domibus laicorum , nec fub eorum cuflodia , nifi rationabilis & evidens ad hoc compulerit neceflicas.

Inhibemus quoque, ne aliqua face«dotes celebrent cum aceto.

Frequenter quoque commoneantur matres aut nutrices, ne parvulos fuos juxta fe in leflo collocent.

Clandeftina matrimonia quoque diftinflius inhibeantur.

Omnes quoque ludi & placita fecularia a locis facris omnino arceantur.

Subjeflis quoque noftiis fub anathematis inhibemus, ne de ecclefiis fuis citra auâoritatem noftram penfionesfolvere , aut veteres augere, aut aliquid fub collufione promittere pnefumant. Interdicimus quoque , ne quis inter minores, quorum alter aut uteique ad annos canonibus aut legibus determinatos nondum pervenerunt , nuptias audeat celebrare Refloribus ecclcfiarum nobis fubdins indultum efle volumus, ut parochianos fuos , qui decimas fuas , quas hucufque perfolvere folcbant , detinere pracfumpferint , poft tertiam commonitionem excommunicationis lenientia feriant. In aliis autem catibus cilra confidential» aut auftoritatem noftram quidem excommunitare non przfumant nominatim . Nulla pertona five reflor ecclefiz nobis fubditus, decimas fuas provendere valeat ante Pafcha ; fruflus autem percepti five in ccemeterio five libera terra ponantur, ut fi clericus defunflus fuerit, illius debili fohitionrm vel difpofitionem nullus ex malitia laicusvaleat impedire. Przicieaiub interminatione anathematis inhibemus , ne quis clericus decimas aut ecdcfiafticum beneficium laico dimittat ad firmam fub aliquo colore. Dccimz enim & ecdefiaftica beneficia laicis temerarie fic contra ftatuta canonum tenenda, a clericis concerta, ad manus noftras recipiam tur; nec aliquis facerdos alium a cantaria penfionis per augmentum, aut alio modo, tanquam effet commercium , fupplantare pizfumat.

anno CMRt$Tr

Prxeipimus etiam, quod nec abbates , nec priores obligent fe, aut domum fuam profingulari perna, fine noftra licentia fpeciali.

Pcnfiones & decimas feparatas , quas viri rcligiofi, qui non funt de epifeopatu noftro, percipiunt in noftra diœcefi, tn manus noftras fequeftramus. Inhibemus eifdem etiam in pofterum adminiftrationem earundem , quoufque dc eorum jure coram nobis docuerint evidenter .

Nullus przdicatorquzftuarius in ecclcffsnoftrz ditzcefeos admittatur , nifi noftra fuper hoc fulciatur aufloritate , quam ei fine liter* decani, aut archidiaconi fufficcre decernimus. Contra quos praedicatores fiquidem talem cautelam duximus adhibendam , quod capellani ecclcfiarum indulgentias in literis noftris contentas, fubditis fuis exponant , cleemofynas colligant , fit atm collegerint, decanis tradant, nobis annuali curfu completo affignandas ; ut quzfluariorumdomini, quantumcolleflumfuit, per 00$ aut per alium intendimus Deo auflori dedicare . Przlati vero non permittam illos, qui ad eorum ecclefias caufa venerationis accedunt, variis documentis, autfalfis figmentis decipi , ficut in pletffque locis occafionc quzftus fieri confuevit.

Cum ianflorum reliquiis magna debeatur ro Everentia, illius corpori , qui facrofanflus eft, & in fanflis fuis gloriofus alios faciat fandos, fummus honor cft etiam pendendus. Ipfi itaque, cui honor eft dc gloria , debitum honorem confervare volentes , fub interminatione anathematis firmiter inhibemus, nc in cermeicriis, aut aliis locis ecclcfiarum ludi aut luflz fiant, nec mulieres choreas, htxuriofa carmina canendo, lafcivc ducere przfumant, cum ex his, Domini reverentia it ianflorumhonore contempto, tix* & contentionesfoleant evenire . Similiter ne laicorum zdificia in «emeterio fiant, diftriflius inhibemus. Supclkftilia

io

in ecdefiis quoque non dimittantur, nifi pio- pier noftiks incurius, aut incendia repentina, «et alias neceffitata urgentes ad eas oporteat habere refugium ; fic tum ncccâitate ceflanie, res ad priftina loca reportentur. Tuguria & domus laiconsn creftx in cœmeteriis tempore guerre amoveantur , propter immunditiem fornicationis vitandam , & propter occupationem coemeteriorum.

Dtftri&ius inhibemus infuper, ne decani aut fubdecam noftra diœccfeos caufa trahant, aut terminent matrimoniales, aut criminales, nifi cuiquam ex noftra fpeciali gratia concedatur, quam ei fine cujufquam contradifiiooc iuftccre decernimus.

A fanftis patribus noftris non fine ratione provide novimus ftarutum, ne in aliis locis quem Deo dedicatis, nifi cata nccrflitaiis, officium altaris, quod in fe tam fublitne cft, celebretur. Quare volumus fic prreipimus, ut ecclefia non dedicata ad dedicationem preperentur competenter, quod non folum de majoribus, verum etiam dc minoribus volumus iotclligi, cum majoribus fic minoribus asque fimus ditbitores ; minora ecclefias, cX noftri officii debito abfque procurationis honore per nos aut per alium volumus Deo auâori dedicari .

Dolentes referimus, quod nonnulli malediftienem ut aquam bibentes, fanâuacium Dei polluant, dum facra venundant fic mercantur. Qpapropter faltem pcene timore eos - tanto facinore cupientes revocari, illos omnes, qui interventu pecunias, aut cnjufcumque pecuniarii quaftuc, auc pado fit pramiifionequicquam recipiendi intervenientibus, quemquam ad factum ordinem tempore examinationis aut altero fecerit ordinari, aut onrinari procuraverit, fententia excommunicationis innodamus. Eos etiam eadem fententia excommunicationis involvimus , qui oftcialrtatem vef decanarum ad firmam dabunt, cum cedat in difpcndnim animaram fit ecdefie Dei fcaodalum gravidimum. Et eandem fententiam ad patres eorum, qui In k officia fibi recipiunt ad firmam, volumus firmiter extendere.

Dolentes referimus, quod dum noftrifobditi ftatuta noftra fynodalia non obfervant, feipfi» illaqueant, nofque contemnere non formidant. Cum igitur refragante noftra conftitutione capellani parochiales cum anachoretis in domibus fuis colore quefito, cum ancillis eorundem extra rechtforium tranfmiflisfabukntur frequenter, in ecclefia Dei fcandalum, fit animaram difpendium non modicum ; fingulis decanis noftris in virtute obediemia injungimus, ut omnes capellanos, ecclefiis, ubi degunt anachorète, defervientes, facramento aftringant, quod intra fepta domorum carundem cum ipfis non loquantur, fed tantummodo ad feneftras carundem verfus ecclefias requifitihoneftum impendant colloquium, nifi infirmitas eoramdem aliud requirat manifefle. Praxipimus etiam quod brevibus fe expediant, fit praecipue de his, que ad Glutem animarum pertinent traâaates cum eisdem.

Et quia non proficit lapins legere, fit non intelligere, ftatuimus, ut unufquilque decanus " Statuta fynodalia „ penes fe habeat fit eop<am fieri procuret in fingulis ecclefiis fui decertatus. Itaque fi dominus epifeopus vel ejus officialis per aliam ecclefiam tranfitum fecerit, fit Statuta in ca non invenerit, ipfi, per cujus negligentiam fteterir, quominus Statuta fynodali* in ca inveniantur, pœnam infligat.

Inhibctnos etiam fub pœna excommunicationis, ne bcdclli archidiaconorum feudecanorum habeant equitaturas, led pedita incedant, dc fint oncrofi provimia.

Ut autem habitus diverfitas clericos a laids faciat diicrepare, fit habitus exterior conveniat officio fit honori; ftatuimus firmiter injungentes, ut univeifi decani fic vicedecani in fits capitulis, fit ubi coram cis judicium cxerceiur. fic coram fuis pralatis, ac in congiegationibus clericorum cappis elautis decenter utantur. Ne vero facilitas venio: intentionem tribuat delinquendi, adjicimus ftatuendo, quod fi quis hujus conftiiuuonis transgreflbr cxitlat, per uos fciat abfquc favore Ut gratia puniendum ·

Sciant quoque redores fic vicarii fe graviter puniendos, fi fcienter luxuiiofos ecclefiis fui faciant defervire. Prccipimus infuper , quod redores, vicarii, fic capellam in iupcrpellicits ad minus, aut alias in albis, aut in cappis forkis interfuit noftris fynodis, fub pœna canonica.

Executores fefiamentorum fint foiiciti, alioquin amovebuntur. Et quia nonnullos teftamentorum executores in venditione bonorum dcfunftorum fraudem committere fitpius reperimus; fub pœna excommunicationis firmiter inhibemus, ne cujufquam ccftamenti executor de bonis ipfius, cuius fuerit executor a fe, aut a coexeeutoribus fuis per fe aut perfonam ad emendum bona detunai, ad opus fuum fraudulenter fuppofitam, emere de cetero quicauam prafumat; decernentes fi fenis aftum fuerit, venditionem non tenere, & tam venditores quam emptores hujufmodi nihilominus puniendos.

Praecipimus etiam, ut omnes certificationes de citationibus de catero fiant per literas patentes, & non daufas.

Cuftodias ecclefiarum feu decans tuum formas per prcdeccflorcm noilrum farciras funiliter *revocuDiut* & cx nunc non tenere dcnunciamus.

Redores ecclefiarum , *& fscrrdotes. tx* alii miniftri ecclefia in divinis oftciu tam ad vefperas quam ad matutinas, tum aliis horis fuperpelltciis honeftis urantur, autdaufisdefupes vcftimentis falcem five indûmentis, dc quod nullus facerdos celebrer, quouiqnc Prima canonice fit completa, quod fi fecus agere prsefumpicrir, ufque ad fansfaftiooem fe noverit fufpenfum aut fufpcndendum.

Sacerdotibus diftriâius duximus injungendum, ne pro benediftione nubentium, aut fepultura mortuorum , aut poenitentia, aut pro aliquibus fecramentis aliquid exigant a fubditis fuis, auc extorquere pradumant ultra debitam confuetudir.em parochis fur & contactant.

Si forte aliquis voluerit fe alii confiteri quam proprio facerdoti, ab eodem modefte petita licentia non neget, dum tamen facerdoti per aflerii&iem alicujus facerdocts diftinfte coufttterit, quod ei confeientiae fua vulnera patefecit, alioquin pro non confeflb teneatur. Adhac omnes tam pralatos quam decanos, reftores, fit vicarios monemus, dc eisdem in virtute obedientia injungimus, ut honefte viventes, habitum fuis dignitatibus, (fetui, dc ordinibus deferant congruentem, fic plus ioliio tenentes indubitanter; quod fi quos tales invenerimus, ipfos per (uberadionem beneficiorum graviter pu-

puniemus. Cietici veto non bcneficiari, qui reprehetifibiks fuerint in toofura, ut ad fuppriores ordines, aut ad beneficium admittantur, quoufque per camum tempus toufuram geflerint competentem, quo judicant praeteriti temporis fcandalum redemifte.

Praecipimus etiam, quod omnes facerdotes ordinationis aliene, & qui focum mutaverint, ad parochias cuftodiendas, qu» m diceccfi noftra funt, aut etiam ad celcbraada divina fuerint admittendi, citra initium Septembris fingulis annis archidiacono aut officiali noftro per ipfos, quorum imereft, prsfententur, ut per ipfum, penfatis eorum metitis, approbentur, aut fi juftum tuent, reprobentur.

Prxeipimus quod nullus aut leprofas aut alius deferar tintinnabulum in (aeramenta oublies, cum fuo fooiru, nifi facerdos fit eucharifliam ad infirmos deferens; & hxc eft caufa devotionis Ac reverenti»excirandr. Excommunicat: ardius ab omnibus evitentur, donec lumine ' conftiterit de eorum abfolutiooe, exemplo de Lazaro quod Dominus lolvi prccepit apoftoli», licet a feipfo prius refufeitato. E* Suia in rou,uî ecclefiis non eft receptum, ut crcdimu,, Oxonienfe concilium, & priocipium ipfius de excommunicationibus in eodem concilio faâis ad terrorem malitioforum, & eorum malitias rcfrxnatiooem duximus adjungendotn eifdem, fk in eodem concilio (quod adhucferiptum eft) pnecipientcs, ut diâx excommunicationes fingulis annis quater Jn Cngulis ecclefiis denuncientur.

ftsser hax autem fuperius injunfta, ts, qtw b concilio Oxonienh flt Londinenfi provida flt fanda deliberatione antea funt ftatuta, vobis injungimus ohfervanda : cujus principii tenor talis eft.* Ex auâoritate Dei patris omnipotentis At beats Mane virginis, & omnium fandorum, At pnefêntis concilii excommunicamus omnes, qui ecclefiaflicam coufuetudinem antiquam a Domino Jcfu Chnflo eleêam, At â principio concefiam atchiepifeopis, epifeopis, & fandis patribus approbatam, ob aliquam malam voluntatem, vel cordis inflationem, aut rancorem infringere, At violate contendunt, aut aliquo modo, arte, ingenio, confilio, auxilio, prxeepto fponfam JcfuChrifti, id eft fandam ecclefiam, fuo jure contendunt, aut contradicere procurant, Atc.

Expliciunt ftatuta fynodalia alias in fynodo promulgata per qpaherum, quondam Norvricenfem epifeopum, & additiones poftea per Simonem fuccefioretn fuum, qus firmiter prscipitnus oblervari.

CONCILIUM MERTON ENSE.

AKNO CHHJSTI — ANNO Christi

£x veta: MS, edidit collcâor Anglicanus I

